Non tamen cuiuscumque volenti manumittere licet. nã is, qui in fraudem creditorum manumittit, nihil agit: quia lex Ælia^d Sentia impedit libertatem. Licet autem domino, qui soluendo non est, in testamento seruum suum cum libertate heredem instituere, ut liber fiat, hæresque ei solus, & necessarius: si modo ei nemo alius ex eo testamento hæres extiterit: aut quia nemo hæres scriptus sit, aut quia is, qui scriptus est, qualibet ex causa hæres ei non extiterit. Idque eadem lege Ælia Sentia prouisum est. & recte. Valde enim prospiciendum erat, ut egen-

^c l. 1. Quia man. non po. d. Conna lib. 1. cap. 5. Ulpia. in frag. tit. 1. e. Cæsius legit. licet tamẽ, ut sit particula exceptionis. ut apud Theoph. hinc.

n cõ-
nani:
Iulia
& sic
Sed
sima
us in
verò
e no-
orem
con-
risti-
is vr-
plex^d
quam
et, li-
t ma-
qui-
puli-
ostros
s Tri-
ostro,
us. La
quæ
onsti-
estio-
es ra-
nullo
missorã
De carni-
ci, rati-
nec

a Hæredem nul-
lovelito, res hæ-
reditatur videri-
tur de fincti no-
mine l. 4. De
reb. ant. Iud.
p. 11.

b Pro ignomi-
nia accipere, ut l.
1 De mino.

c *Tulius pro*
Quint. Cuius
bona ex edicto,
et c. l. Curator
De curat. furio.
C l. 3 De inof-
fic testa. in C.
Thredo l. 23.
Quæ in fraud.
o Id est, nulla
habita liberta-
tis mentione, quæ
nominativum pro-
hibita, non est
institutiō locu.

e Ex *Caiō l. 10.*
Qui et a quib.
f l. At Ira-
tor. § 1 Quæ in
fraud cred.

g Veluti quæ
marinas nego-
tiationes et in
alienis regionibus
exercere d.
l. 10 *Qui et a*
quib.

tes homines, quibus alius hæres extiturus non esset, vel servum suum necessarium hæredem haberent, qui satisfactorius esset creditoribus aut hoc eo non faciente, creditores res hæreditarias servi nomine vendant, ne iniuria defunctus adficiatur.

¶ *Institutus hæres servus censetur libertate donatus.*

Idemque Iuris est, & si sine libertate servus hæres institutus est. Quod nostra constitutio non solum in domino qui solvendo non est, sed generaliter constituit, nova humanitatis ratione: ut ex ipsa scriptura institutionis etiam libertas ei competere videatur: quum non sit verisimile, eum, quem hæredem sibi elegit, si prætermiserit libertatis dationem, servum remanere voluisse, & neminem sibi hæredem fore.

¶ *Consilium fraudis, et fraus ipsa concurrere debent, ut quis dicatur in fraudem manumissus.*

In fraudem autem creditorum manumittere videtur, qui vel iam eo tempore quo manumitti, solvendo non est: vel qui datis libertatibus, desiturus est solvendo esse. Prævaluisse tamen videtur (nisi animus quoque fraudandus manumissor habuerit) non impediri libertatem, quanvis bona eius creditoribus non sufficiant sæpe enim de facultatibus suis amplius, quam in his est, sperant homines. Itaque tunc intelli-

intelli-
troq
& co
quod
ditor

E
nori
re pe
filiu
prob
man
quis
aut f
gogu
aut a
neun
toris
mon
sex n
caus
titur
nor d
Seme
fit, si

¶

C

intelligimus impediri libertatem, cum vtroque modo fraudatur creditor, id est, & consilio manumittentis, & ipsa re, eo quod eius bona non sunt suffectura creditoribus.

¶ Minor annis viginti, non aliter seruum manumittere potest, quam si causam probauerit: que autem sint iustæ causæ, hic traditur.

Eadem lege Ælia Sentia domino minori viginti annis non aliter manumittere permittitur, quam si vindicta^b apud cõ filium, ^c iusta causa manumissionis adprobata fuerint manumissi. Iustæ autem manumissionis causæ hæc sunt: veluti si quis patrem, aut matrem, filium, filiamve, aut fratres, sororesve naturales, aut pædagogum, ^d aut nutricem, aut educatorem, aut alumnum, alumnãmvē, aut collataneum manumittat, aut seruum procuratoris^e habendi gratia, aut ancillam matrimonij habendi causâ^f: dum tamen intra sex menses in vxorem ducatur: nisi iusta causa impediatur: & seruus qui manumittitur, procuratoris habendi gratia, nõ minor decem & septẽ annis manumittatur. Semel autem causâ adprobata, siue vera sit, siue falsa, non retractetur &.

¶ Minori annis viginti, non antea licet proprii seruus testamento libertatem dare, quam decimum octauum annum atigerit.

Cum ergo certus modus manumittentis

a Idg. in mino rã fauorẽ, ne a seruis circumuenti facultates minuant.

b Quidam habent. q̄ si dicta.

c Consulium exercere quid sit, Theoph. hic & Plp. in frag. tit. 1. Alc. l. 1. Naz. cap. 41. Anton. Aug. cap. 2. lib.

1. Emend.

d Ex Modest. l. Matrimonij.

Qui & a quib. & Vlp. l. Si collataneus. De manu. vind.

e Procuratores vel ad agendum constituntur, vel ad administrandum: ad agendum, liberi & maiores annu 16. ad administrandum etiam serui & minores.

f Ex actõ tamẽ prius inuenit. d. l. Si collat.

g l. 4. & l. 9. De manu. vind.

l. 1. 2. 3. C. Si adu. r. lib.

di minoris viginti annis dominis per legem Æliam Sentiam constitutus esset, eueniebat, vt qui quatuordecim annos expleuerat, licet testamentum facere, & in eo sibi hæredem instituere, legatâque relinquere posset: tamen si adhuc minor esset viginti annis, libertatem seruo dare non posset. Quod non erat ferendum. nam cui totorum ^a suorum bonorum in testamento dispositio data erat, quare nõ similiter ei, quemadmodum alias res, ita & de seruis suis in vltima voluntate disponere, quemadmodum voluerit, permittimus, vt & libertatem eis possit præstare? Sed quã libertas inestimabilis res sit, ^b & propter hoc ante xx. ætatis annum antiquitas libertatem seruo dare prohibebat: ideo nos mediam quodãmodo viam eligentes, non aliter minori viginti annis libertatem in testamento dare seruo suo concedimus, nisi decimumseptimum annum impleuerit, ^c & decimumoctauum attigerit. Quum enim antiquitas huiusmodi ætati ^d, & pro aliis postulare concesserit: cur non etiam sui iudicij stabilitas ita eos adiuuare credatur, vt ad libertatem dandam seruis suis possint peruenire?



DE LEGE FVRSIA ^e CANNINIA ^f tollenda.

TITV-

*an seruo
libertatem
dare
permittatur.*

a Cui plus licet, minus licet.
l. Cum in substi
iur. De leg. 3.

b Non est. §.
In fin. 1. a. De
reg. iur.

c Novell. 119.
§. Sed & hoc.
anno 14 dari po
t. est libertas.

d Hac ætate
Nerva filius pu
blice de iure re
spondit. l. 1. §.
Postulare. De
postul.

e Vet li. Fursia
f Causa. Inst.
cap. 2.

Exho
ter v
mi

quati
modò
quum
dem l
liam
pedia
iusmo



DE

ali

Expo
iuris
est



ri sub
subie
tum,
mus i
ctæ si
perfo
iuris
quæ i

¶ Ex hoc tit. regula ducitur, Quicquid cōceditur in-
ter viuos, multo magis concedendum esse in vlti-
mis voluntatibus.

Ege Fufia Caninia certus modus
constitutus^a erat in feruis testa-
mento manumittendis: quam,
quasi libertates impediētem, & quodam-
modò inuidam, tollendam esse censuimus:
quum satis fuerat inhumanum, viuos qui-
dem licentiam habere totam suam fami-
liam^b libertate donare, nisi alia causa im-
pediat libertatem: morietibus^c autem hu-
iusmodi licentiam adimere.



DE HIS, QUI SVI, VEL alieni Iuris sunt. TIT. VIII.

¶ Exposita prima iurū personarū diuisione quæ est
iurū gentium: sequitur altera quæ videri potest
esse iurū Civilis.

Sequitur de iure personarū^d alia
diuio^e. Nam quædam personæ
sui iuris sunt, quædam alieno iu-
ri subiectæ: Rursus earum, quæ alieno iuri
subiectæ sunt, aliæ sunt in potestate parē-
tum, aliæ in potestate dominorum. Videamus
itaque de his quæ alieno iuri subie-
ctæ sunt. nam si cognouerimus, quæ istæ
personæ sunt, simul intelligemus, quæ sui
iuris sunt. ac prius inspiciamus de his,
quæ in potestate dominorum sunt.

c.j.

a Fl. Vopisc. in
vita Taciti, Ser-
uos, ait, sērv-
banos manumi-
sit vtriusq; sē-
xus: intra centū
tamen, ne Ca-
niniā transire
videretur. Vlp.
in frag. tit. i.

b Familia hīc
significatiōe ve-
tusta turbā ser-
uorū significat:
à stimulis. n. fa-
milia dicitur.

Mys. ex Festo.
Theophil. habes
παιτα τωε
οικιατα. Vid. l.

2. §. Familiae.
π. Vi bon. rapt.

c l. s. C. de sa-
crof. Eccles.

d Theoph. ha-
bet, δευτερε
διαπορις.

e Hac diuis. ex
i. lib. inst. Cay.
et l. i. hoc tit.

f Potestate hīc
accipe nō qualis-
bet, sed summiā

et ἀρετα, ut
definit Theoph.

aliter. n. plerūq;
sumitur, ut l.

potestatis, 215.

De verb. sign.

a *Genes. 6.6. Abraham ad Saram inquit, Ancilla tua in manu tua est, utero illa ut lubet, &c.*

b *Nam quum seruus possideatur, ipse aliquid possidere nō pot.*

c *Vid. Senecā, lib. 3. De benef.*

d *Hic §. Et seq. descripti sūt ex Vlp. l. 2. hoc tit.*

e *Macrob. lib.*

f *Satur. cap. 7.*

g *Vid. Nouell. constit. 17. Ita*

Iudæis ciuitates sex pro asyris constituta erant: Numer.

35. Deut. 19. & Iosue 20.

h *Asyla seruorum: tit. C. De his q. ad Eccl. conf. & De his qui ad stat.*

i *Iusto pretio, ut Vlp. l. 12. De relig.*

k *Ne à Principe quidem: l. memorum, 6. C. unde vi. W. es.*

¶ *De potestate dominica: & quare paulatim temperari legibus ciuilibus cæperit.*

§ In potestate itaque dominorum sunt serui. quæ quidem potestas, Iuris gentium est. nam apud omnes peregrinæ gentes animaduertere possumus, dominis in seruos vitæ necisque potestatem fuisse: & quodcunque per seruū acquiritur^b, id domino adquiri. Sed hoc tempore nullis hominibus, qui sub Imperio nostro sunt, licet sine causa legibus cognita, in seruos suos supramodum seruire. Nam ex constitutione^c diui Antonini, qui sine causa seruum suum occiderit, nō minus puniri iubetur, quàm si alienum seruum occiderit. § Sed & maior^d asperitas dominorum^e, eiusdem Principis constitutione coercetur. nam Antoninus consultus à quibusdam Præfibus prouinciarum de his seruis, qui ad ædem sacram^f, vel ad statuam Principum confugiunt^g, præcepit, ut si intolerabilis videatur sauitia dominorum, cogatur seruos suos bonis^h conditionibus vendere, ut pretium dominis daretur. & rectè: expedit enim Reipublicæ, ne sua re quis malè utatur. Cuius rescripti ad Ælium Martianum missi, verba sunt hæc, *Dominorum quidem potestatem in seruos suos illibatam esse oportet, nec cuiquam hominum ius suum detrahiⁱ: sed & dominorum interest, ne anxio*

Lium c
bilem
cantu
qui ex
confug
quum
guone
mini r
tionis
aduer



L



siue m
coniu
nem
Ius
haben
norum

De ver.
societ at
coniu
2. Disp
Anton
erbe R

Lium

lium contra scuitiam, vel famem, vel intolerabilem iniuriam denegatur iis qui iuste deprecantur. Ideoque cognosci de querelis eorum, qui ex familia Iulii Sabini ad sacram statuem confugerunt, & si vel durius habitos, quam equum est, & el infami^a iniuria adfectos esse cognoueris, venire iube^b, ita vt in potestatem domini non reuertantur^c. Quod si mea constitutioni fraudem fecerit, sciat me hoc admissum aduersus se seuerius exequunturum^d.



DE PATRIA^e POTESTATE.

TITULUS IX.

IN potestate nostra^f sunt liberi nostri^g, quos ex iustis nuptiis procreauimus. Nuptiæ autem, siue matrimonium^h, est viri & mulieris coniunctio, indiuiduam vitæ consuetudinemⁱ continens.

Ius autem potestatis, quod in liberos habemus, proprium^k est ciuium Romanorum: nulli enim alii sunt homines, qui

De ver. sig. h Ex Mod. l. 1. De rit. nupt. Gell. lib. 4. c. 3. i Hoc est, societatem domesticam, & communitatem, in quibus est forma huius coniunctionis. k Iam inde à Romulo moribus receptum: vide Alciat. 2. Disput. cap. 11. & seq. Val. Max. lib. 5. ca. 8. de Casio. Hodie D. Antonini constitutione in l. Qui in orbe. π. ad Municip. omnes qui in orbe Rom. sunt, ciues Rom. esse dicuntur.

*a Vt pudoris violari vid. l. si. C. de spect. li. 1. 100
b g. d. exitu aliquem inuenias tua cognitione, ne sit inanis.
Myns.*

c Est similis locus in l. 1. §. S. qui viro. De quaestio.

d Id est, animum aduersurum, s. poena arbitraria cuiusmodi semper subintelligitur ubi nulla est discretio à lege expressa: gl. in l. 3. C. de sacros. eccl. §. Wes.

e Vide Sigon. De iur. ant. ciu. Rom. lib. 1. cap. 10.

f Ex Ulp. l. 4. De his q. sunt.

g Quorum appellatione continentur & nepotes: l. liberorum.

i Hoc est, societatem domesticam, & communitatem, in quibus est forma huius coniunctionis. k Iam inde à Romulo moribus receptum: vide Alciat. 2. Disput. cap. 11. & seq. Val. Max. lib. 5. ca. 8. de Casio. Hodie D. Antonini constitutione in l. Qui in orbe. π. ad Municip. omnes qui in orbe Rom. sunt, ciues Rom. esse dicuntur.

a *Conna. nota. li. 2. cap. 17. vide Halicar. lib. 3. facit Ulp. l. 2. de his qui sunt sui.*

b *Quidā Codices, De iustis nuptiis.*

c *Idem Iudaei Dent. cap. 7. idem Athenenses obseruauit Demosth. cōr.*

Nexio. vide Strab. & Halicar. & Sigo. De Iur. ant. ciuil. Rom. li. 1. ca. 9. d. Caius 1. Inst. tit. 4.

e *Expressum, vel certē tacitum.*

f *Ciuis, id est patria potestas. Naturalis, id est ius gentium: quo videlicet cōparatum id est ut parētibz & patrie pareamus.*

g *Iustus, pro uolūtas: ut in l. Si suspecta, §.*

Quoniā. c. De inf. test. Rati habitio itaq; nō sufficeret. l. 3. C. de Nup.

talē in liberos^a habeāt potestatem, qualem nos habemus.

¶ Qui sint in potestate patria, vel non sint.

Qui igitur ex te & vxore tua nascitur, in tua potestate est. Item qui ex filio tuo & vxore eius nascitur, id est, nepos tuus & neptis, æque in tua sunt potestate, & pronepos, & proneptis, & deinceps ceteri. Qui autem ex filia tua nascuntur, in potestate tua non sunt, sed in patris eorum.

DE NUPTIIS^b. TIT. X.

¶ Ad ius personarū in primis pertinet Nuptiæ: quarū dñe species hñc recēsentur: sc. Iustæ. i. legitima iure Quiritiū, & iniustæ. quæ uariū generū sunt.

Iustas autem nuptias inter^c se ciues Romani^d contrahunt, qui secundum præcepta legum coeūt: masculi quidem puberes, fœninae autem uiri potentes, siue patres familiarum sint, siue filij familiarum. dum tamen si filij familiarum sint, consensum^e habeant parentum quorum in potestate sunt. Nam hoc fieri debere, & ciuis, & naturalis ratio suadet^f, intantum, ut iustus^g parentis præcedere debeat. § Vnde quaesitum est, an furiosi filia nubere, aut furiosi filius vxorem ducere possit? Cumque su-

per

per filio variabatur^a, nostra processit de
 ciso, qua permissum est ad exemplum fi-
 liae furiosi, filium quoque furiosi posse
 & sine patris interuentu matrimonium si-
 bi copulare, secundum datum ex nostra
 constitutione^b modum.

*¶ Nuptiae prohibentur inter parentes & liberos, siue
 naturales, siue adoptiuos, etiam adoptione per
 emancipationem soluta.*

Ergo non omnes nobis vxores ducere
 licet^c. nam a quarundam nuptiis absti-
 nendum est. inter eas enim personas, quae
 parentum, liberorumve locū inter se ob-
 tinent, contrahi nuptiae non possunt: ve-
 luti inter patrem & filiam, vel auum &
 neptem, vel matrem & filium, vel auiam
 & nepotem: & vsque in infinitum^d. Et si
 tales personae inter se coierint, nefarias
 atque incestas^e nuptias^f contraxisse di-
 cūtur. § Et haec adeo vera sunt, vt quan-
 uis per adoptionem^g, parentum, libero-
 rumve loco sibi esse coeperint, nō possint
 inter se matrimonio iungi^h: in tantum, vt
 etiam dissoluta adoptione, idem iuris ma-
 neat. Itaque eam, quae tibi per adoptio-
 nem filia, vel neptis esse coeperit, non po-
 teris vxorem ducere, quanuis eam eman-
 cipaueris.

*¶ Nunc agit de nuptiis prohibitis inter cognatos
 ex transuerso gradu.*

Inter eas quoque personas, quae ex
 c. iii.

a Dubitaba-
 tur. in l. Si fu-
 riosi. 25. C. cod.

b l. Tū de nup-
 tiis. C. De Episc.
 apud. l. Si furio-
 si. C. ad. Frustra

enim ex potestate
 patris cōsensu
 qui nullus est. l.
 Furiosi. De rig.
 lur.

c Vlp in frag.
 tit. 3.

d l. 55. De rit.
 nuptiarum.

e Incestū No-
 nio pollutū est.
 necesse est cogitans
 pudoris quo or-
 nabantur spōse.

Quare Anice-
 stas vocant Gre-
 carpe facin^o. no-
 stri flagitiū in
 propinquos com-
 missum, incestū
 dicunt. Vof

f Vide l. Fra-
 tris. l. pri. Et d.
 C. hoc tit.

g l. 55. n. de rit.
 nupt

h Propter pu-
 dorem & vin-
 culum civile.

a Non n. in infirmitate porrigitur. ut in linea vecta Vide W. f.

b Etiam vulgò questirata l. 34. De rit. nupt.

c Vetus. siue alterutro eorum puta consanguinei eodem patre sed diuersis matrib. procreati:

Solon quos τεταειας: vel υτερινι, quos ομομασσειας vocant, eadē matre sed alio patre. i. s. q. coniugium permittebat.

d Ex Cajo. l. 17 De rit. nup.

e l. 17. C. eod. l. 12. De rit. nup.

f Consobrinarū nupti. a lege primū Mosaica permisa, Genes cap. 29. & iure

ciuili, hic: & l. 78. §. Filiam.

Ad Trebell. l. 19. C. eod. tit.

g Theoph. habet negationem,

α δὲ ἄνευ αὐτῶν οὐκ ἔστιν ἰσχυρὸν.

transuerso gradu cognationis iunguntur, est quædam similis obseruatio: sed non tanta. Sanè enim inter fratrem sororēque^a nuptiæ prohibitiæ sunt: siue ab eodem patre, eadēque matre nati fuerint, siue ab altero eorum^b. § Sed si qua per adoptionem soror tibi esse cœperit, quādiu quidem constat adoptio, sanè inter te & eam nuptiæ consistere non possunt^d. cūn verò per emancipationem adoptio sit dissoluta, poteris eam vxorem ducere. Sed & si tu emancipatus fueris, nihil est impedimento nuptiis. Et ideo constat, si quis generū adoptare velit, debere eum antea filiam suam emancipare: & si quis velit nurum adoptare, debere eum antea filium suum emancipare. § Fratris verò, vel sororis filiam, vxorem ducere non licet: sed nec neptem fratris, vel sororis quis ducere potest, quāuis quarto gradu sint. cuius enim filiam vxorem ducere nō licet, neque eius neptem permittitur.

§ Eius verò mulieris, quam pater tuus adoptauit, filiam non videris impediri vxorem ducere: quia neque naturali, neque ciuili iure tibi cōiungitur. § Duorum^e autem fratrum, vel sororum liberi, vel fratris & sororis, coniungi possunt^f. Item amatam, licet adoptiuam, ducere vxorem non licet. item nec materam: quia parentum loco habentur, Qua ratione verum,

rum
mat
duc

A
run

ecc
re n

Qu

rus,

tua

alia

teri

pot

est,

vx

xor

bitu

co f

adfi

uer

est,

qui

rest

hu

diu

ber

alia

vel

hu

rum est, magnam quoque amitam ^a & materteram magnam prohiberi vxorem ducere.

¶ Prohibita nuptie adfinitatis veneratione.

Adfinitatis quoque veneratione à quarundam nuptiis abstinere necesse est: vt ecce priuignam ^b, aut nurū vxorem ducere non licet: quia vtræque filiæ loco sunt. Quod ita, scilicet, accipi debet, si fuit nurus, aut priuigna tua. Nam si adhuc nurus tua est, id est, si adhuc nupta est filio tuo, alia ratione vxorem eam ducere non poteris: quia eadem duobus nupta esse non potest. Item si adhuc priuigna tua est, id est, si mater eius tibi nupta est, ideo eam vxorem ducere non poteris, quia duas ^c vxores eodem tempore habere non licet.

§ Socrum quoque, & nouercam prohibitum est vxorem ducere: quia matris loco sunt. Quod & ipsum dissoluta demum adfinitate ^d procedit. alioquin si adhuc nouerca est, id est, si adhuc patri tuo nupta est, communi iure impeditur tibi nubere: quia eadem duobus nupta esse non potest. Item si adhuc socrus est, id est, si adhuc filia eius tibi nupta est, ideo impediuntur tibi nuptiæ, quia duas vxores habere non potes. Mariti ^e tamen ^f filius ex alia vxore, & vxoris filia ex alio marito, vel contra, matrimonium rectè contrahunt: licet habeant fratrem, sororémve ex

c.iiij.

^a Quia matris loco sunt, §. seq.

^b Sic dicitur, qd sit genita antequam mater secundo nuberet. Festus.

^c l. i. §. vlt. l. 13 §. 2. De his quot. infra. l. mone, duar. quidem sponsas: nec vxorem vnā, & sponsam alterā. l. 5. C. de donat. ant. nupt. De duabus vxorib⁹

ducendis legem tulit Valentin. Histor. tripert. lib. 8. cap. 11.

^d Id est, dissolutis nuptiis, quibus cohabitatur affinitas. l. 54. De rit. nup. l. Semper in. De reg. iur.

^e Ex Papin. l. 34. §. Inter. De rit. nupt. l. Titia qua. De verb. oblig.

^f Aliàs, verò.

a Nam affinitas ultra personas multas non extenditur. *W. Ex l. 12. §. 2. De rit. nupt.*

b Ex l. 12. §. 2. *De rit. nupt.*

c Nota sponsam proprie uxorem non esse, *Bart. & Vid. in l. 1. c. Unde v. d. Ex Ulp. d. l. 12. §. 1.*

d Ex l. 14. §. 1. *ill. tit.*

e Ex l. 14. §. 1. *ill. tit.*

f Quae in ipsa seruitute contracta sunt. *d. l. 14. §. 1.*

g Repite ex tit. *De rit. nupt. & Accurs. h. c.*

h Quae sine iusto matrimonio esse non potest. *l. 3. De iur. dot.*

i Nec patrem certo possunt demonstrare, *ex Modest. l. 23. De stat. hom.*

k Cuius ita legitur, quum is etiam incertus est. *Vide Diogen. in apophth. in scortum. I. Plurarch. in Problem. Theoph. accers. l. u. id est. sparsim, vulgo, promiscue.*

matrimonio postea contracto natos ^a.
 ¶ Altera exceptio, ob publicam honestatem.
 Si uxor ^b tua post diuortium ex alio filiam procreauerit, haec non est quidem priuigna tua, sed Iulianus ab huiusmodi nuptiis abstinere debere ait. Nam constat nec sponsam filij, nurum ^c esse, nec patris sponsam ^d, nouercam esse: rectius tamen, & iure facturos eos, qui ab huiusmodi nuptiis abstinuerint. § Illud certum est, seruiles ^e, quoque cognationes impedimento nuptiis esse: si forte pater & filia, aut frater & soror manumissi fuerint.

¶ Sunt & aliae personae ^g, quae propter diuersas rationes, iustitias contrahere prohibentur, quas in libris Digestorum, seu Pandectarum ex iure uetere collectarum enumerari permisimus.

¶ Effectus nuptiarum iustarum vel iniustarum.
 Si aduersus ea quae diximus, aliqui coierint, nec uir, nec uxor, nec nuptiae, nec matrimonium, nec dos ^h intelligitur. Itaque ij, qui ex eo coitu nascuntur, in potestate patris non sunt: sed tales sunt (quantum ad patriam potestatem pertinet) quales sunt ij, quos mater vulgo concepit. nam nec hi patrem habere intelliguntur ⁱ, cum & iis pater incertus ^k sit. unde solent spurij appellari *ἄθετος υἱός* ^l, & *ἀνατοπός*, quasi

finc

finc
 tali
 ctio
 priu
 qua
 ¶ D
 A
 stati
 non
 patr
 rat,
 subi
 proc
 legit
 pate
 nost
 tis c
 tur.
 matr
 mili



¶ Po
 ga
 ib
 ve
 gi

§ l.

sine patre filij. Sequitur ergo, vt dissoluto tali coitu, nec dotis, nec donationis^a exactio locus sit. Qui autē prohibitas nuptias contrahunt, & alias pœnas patiuntur, quæ sacris constitutionibus^b continentur.

^a *Duobus modis naturales liberi fiunt legitimi*

Aliquando autem euenit, vt liberi qui statim, vt nati sunt, in potestate parentum non sunt, postea redigantur in potestatem patris: qualis est is, qui dum naturalis fuerat, postea curiæ^c datus, potestati patris subiicitur. nec non is qui à muliere libera^d procreatus, cuius matrimonium^e minimè legibus interdictum fuerat, sed ad quam pater consuetudinem habuerat, postea ex nostra cōstitutione dotalibus^f instrumentis compositis, in potestate patris efficitur. Quod & aliis liberis, qui ex eodem matrimonio postea fuerint procreati, similiter nostra constitutio^g præbuit.

DE ADOPTIONIBVS^h.

TITVLVS XI.

^h *Potestatis patria dua sunt species: altera Adrogatio, altera Adoptio dicitur. Illa Principis auctoritate, eos qui sunt sui iuris, adrogamus: hac verò in alterius potestate existentes, imperio magistratus adopramus.*

^g *l. nupt, xi. C. de nat. lib. h Caius 1. Inst. c. 5. Ulp. in frag. tit. 8.*

^a *Hac verba non agnoscit Theoph.*

^b *Tit. tit. C. De incest. nup. l. 38. Ad leg. Jul. De adult. Nouell. constit. 12.*

^c *Hic modus faciendi legitimi manat ex constitutione Theodosiana l. 3. C. de nat. lib. & Leonis in l. 4. eod. in qua & exemplum Philocali ponitur, à patre oblatus curia Bostra curiatis, &c.*

^d *Libera, i. ingenua. l. Diui. l. C. cum quis. C. de natur. lib. idem tamen est, si ex libertina vel ancilla, ex Nouell. 18. §. ult. & Nouell. 89.*

^e *Vid. Alc. li. 3. Parad. c. 16. f. l. 10. C. De nat. lib. Iustin. habet, nuptialibus.*

tos^a.
Patem.
x alio fi-
quidem
iufimodi
constat
ec patris
tamen,
odi nu-
um est,
impedi-
& filia,
rint.
propter
ere prom-
m, scu
ctarum

rum.
i coieci-
nec ma-
que ij,
ate pa-
um ad
es sunt
nechi
& iis
rij ap-
quasi
Theoph.
sine

a Duobus casibus adoptio filios facit, si scilicet adoptiva fuerit iussu Principis: si extraneus à patre filium in adoptionem accipit: ceteris filios familiaribus. Cuius.

b Ex Caol. 2. ff. eod.

c l. 2. C. cod.

d Gell. lib. 5. cap. 19.

e Extat in l. pen. C. cod.

f Iuris scilicet & potestatis patrie, de qua hoc loco agit.

g Adoptio scilicet filio, in bonis patris adoptivi intestato mortui: d. l. pen. §. sed ne. & §. sed ea omnia. j. de hered. quæ ab intest.

h Etiam auctore paterno, legèdum est: test. lib. scriptis.



On solum autem naturales liberi, secundum ea, quæ diximus, in potestate nostra sunt, verum etiam ij, quos adoptamus. Adoptio autem duobus modis fit: aut Principali rescripto, aut imperio magistratus. Imperatoris autoritate adoptare quis potest eos, casve, qui, quæve sui iuris sunt, quæ species adoptionis dicitur Adrogatio. Imperio magistratus adoptamus eos, casve, qui, quæve in potestate parentum sunt: siue primum gradum liberorum obtineant, qualis est, filius, filia: siue inferiorem, qualis est nepos, neptis, pronepos, proneptis.

¶ Discrimen inter adoptionem factam ab extraneo. & quous ascendentium.

Sed hodie ex nostra constitutione, cum filius familiaris à patre naturali extraneæ personæ in adoptionem datur, iura patris naturalis minimè dissoluuntur: nec quicquam ad patrem adoptivum transit, nec in potestate eius est: licet ab intestato iura successionis ei à nobis tributa sint. Si vero pater naturalis non extraneo, sed auctore filij sui materno, vel si ipse pater naturalis fuerit emancipatus, etiam auctore filij, vel pro auctore simili modo paterno, vel materno filium suum dederit in adoptionem: in hoc casu, quia concurrunt in vnam personam & naturalia, & adoptionis iura, manet stabile

bile i
lo cop
do co
pote

C
rescri
rogat
causs
diatq
ditio
adrog
berta
se bo
set, ac

It
test a
eman
redda
hered
man
bono
ter bo
tulit.
quiti

M

pe. l. 2.
§. 1.

bile ius patris adoptiui & naturali vinculo copulatū, & legitimo adoptionis modo constitutum ^a, vt & in familia ^b, & in potestate huiusmodi patris adoptiui sit.

¶ *Ratio impuberis adrogandi.*

Cū autem impubes per Principale rescriptum adrogatur, causa cognita ad rogatio fieri ^d permittitur: & exquiritur causa adrogationis An honesta sit expediatque pupillo. Et cum quibusdam conditionibus adrogatio fit, id est, vt caueat adrogator personæ publicæ ^e, si intra pubertatem pupillus decesserit restitutum se bona illis, qui, si adoptio facta non esset, ad successionem eius venturi essent.

¶ *Iura adrogati.*

Item non aliter emancipare eum potest adrogator, nisi causa cognita, dignus emancipatione fuerit: & tunc sua bona ei reddat. Sed & si decedens pater eum exheredauerit, vel viuus sine iusta causa emancipauerit, iubetur quartam partem ei bonorū suorum relinquere, videlicet præter bona, quæ ad patrem adoptiuū transfuit. & quorum cōmodum ei postea adquisiuit.

¶ *Qui adoptare possint.*

Minorem & natu, maiorem non posse

pe. l. 2. Qui satisd. cog. l. Aut. §. vlti. De legat. 2. §. l. 17. Ad Trebell.
§. l. 15. §. vlt. cum l. seq. ff. cod.

a Legendū Nō do constructū.

b Cic. p. domo sua. Lib. 2. De legib. Dion. lib. 40. §. 46.

c Causas, ob quas non potest adrogari. vid. l. 15. §. seq. hie.

d Ex constitutione Antonini Imperatoris Vlp. in frag. titul. 9. Gel. li. 5. ca. 19. Paul. l. vlti. Si quid in fraud. par. Plin. Epist. 2. epist. 18.

e Recte in lib. scriptis personæ publicæ, hoc est, tabulario, vt in l. Orphanotrophos. C. De Episc. & Cleri. ne subaudiatur Magistratus. §. pen. infra de Aul. tut.

f Id est, ipsius adrogati. sua, abusu accipitur, vt alibi fecit.

a *Adoptionem natura imaginē vocat Papt. l. 23. De lib. & posth. her. instit. & l. 43. hīc vid. Suet. in Tyber. cap. 2. Cic. pro domo sua.*

b *Fac. l. Mela. 14. De alimen. leg.*

c *Ex Paul. l. 27. & 43. hīc.*

d *Ex Paul. l. 6 & 11. hīc.*

e *Suus heres quis dicatur, Hotom. in comment. verb. iur.*

f *Fac. §. Adoptiui. De exh. lib.*

g *Hoc addit ob l. penul. C. eod.*

h *Velut pater naturalis si ium adoptiū dare potest. W.*

i *Ex Caiol. 2. hīc. De castratis. spadombus. thlibiis, Anto.*

Aug. emend. li. 3 cap. 5. Alii. in l. Spadonum. De verb. sig.

adoptare placet. adoptio enim naturam^a imitatur: & pro monstro est, vt maior sit filius, quā pater. Debet itaque is qui sibi filium per adoptionem, vel adrogationem facit, plena pubertate^b, id est, decem & octo annis præcedere.

¶ *Qui adoptari possint.*

Licet^c autem & in locum nepotis, vel neptis, pronepotis, vel proneptis, vel deinceps adoptare, quanuis filium quis non habeat. Et tam filium alienum quis in locum nepotis adoptare potest, quā nepotem in locum filij. § Sed si quis nepotis loco adoptet, vel quasi ex filio, quem habet iam adoptatum, vel quasi ex illo, quem naturalem in sua potestate habet. eo casu & filius consentire debet^d, ne ei inuito suus heres^e adnascatur. sed ex contrario si auus ex filio nepotem det in adoptionem, non est necesse filium cōsentire.

¶ *Legitimorum & adoptiuorum comparatio.*

In plurimis autem causis^f adsimilatur is, qui adoptatus, vel adrogatus est, ei, qui ex legitimo matrimonio natus est, & ideo si quis per Imperatorem. vel apud Præto-rem, vel Præfidem prouinciæ non extraneum & adoptauerit: potest eundem in adoptionem alij dare^h.

¶ *Commune adoptionis & adrogationis.*

Sedⁱ & illud vtriusque adoptionis commune est, quod & ij, qui generare nō possunt

sunt
sunt:

For
sunt,
testa
pis a
adop

Illu
per s
bero
dede
toris
iufde
tes. si
Tibe
cum
facta
pos e

¶ S

A
antic
fint
nos e
cum
ueni
beau
fibi

sunt (quales sunt spadones^a) adoptare possunt: castrati^b autem non possunt.

¶ *Fœminæ quo casu adoptentur.*

Fœminæ quoque adoptare non possunt, quia nec naturales liberos in sua potestate habent. sed ex indulgentia Principis ad solatium liberorum^c amissorum adoptare possunt,

¶ *Quid differat adoptio ab adrogatione.*

Illud proprium est adoptionis illius quæ per sacrum oraculum^d fit, quod is qui liberos in potestate habet, si se adrogandum dederit, non solum ipse potestati adrogatoris subiicitur, sed etiam liberi eius in eiusdem fiunt^e potestate, tanquam nepotes. sic etenim diuus Augustus non ante Tiberium adoptauit, quam is Germanicum^g adoptasset: vt protinus adoptione facta, inciperet Germanicus Augusti nepos esse.

¶ *Seruus à domino adoptatus, vel apud acta filius nominatus libertatem nanciscitur.*

Apud Catonem^h bene scriptum refert antiquitas, seruos, si à domino adoptati sint, ex hoc ipso posse liberariⁱ. Vnde & nos eruditi, in nostra constitutione^k etiam eum seruum, quem dominus actis interuenientibus^l filium suum nominauerit, liberum esse constituimus: licet hoc ad ius sibi accipiendum ei non sufficiat.

a In quibus vitium est sanabile.

b Quia nullas esse parentes esse possunt.

c Trium videlicet. l. 3. c. eo. l. us. n. rium liberorum multis prærogatiuis fuit honoratum.

d Causa habet, per Principem, d. l. 2.

e Al. Veniunt. f. Suet. in Aug. cap. 19.

g Drusi fratris filium: Idem in Augusto. c. 15.

h Meminit Pomp. l. 2. §. Post hor. De orig. l. 1. Et reg.

Cato. l. 4. §. Cato. De verb. obli.

Gell. l. 13. c. 18. i. Gell. libr. 5. cap. 19.

k l. uni. §. Similique modo. fide Lat. li. toll.

l Apud acta: rito stato coram magistratu, vide hîc. Wes.

folij



QUIBVS MODIS IVS PA-

triae^a potestatis soluitur^b.

TITVLVS XII.

Tractat hic modos dissoluendi sex. Primus mori naturalis.

a Quidam volunt verbum patriae expungendum, quia id non solum de patria, sed herili potestate loquitur. Exempla tamen quae postea subiecta sunt ad dissolutionem patriae pot. congruunt.

b Caius. 1. Inst. tit. 6. Ulp. tit. 10. fragm.

c l. 15. Quando dies leg. vel fid. ced. potestas. n. patria personalis est, quia ex generatione existit: obque ad heredem non tranfit. Wes.

d In cuius potestate erant filij.

e al. Omnino.

f Ulp. in frag. tit. 10.

g l. 4. 5. & 6. fiunt.

De his qui sunt

sui vel al. iur.

Videamus nunc quibus modis ij, qui alieno iuri sunt subiecti, eo iure liberentur. Et quidem (quemadmodum liberentur serui a potestate dominorum) ex iis intelligere possumus, quae de seruis manumittendis superius exposuimus. Hi vero, qui in potestate parentis sunt, mortuo eo, sui iuris fiunt^c. Sed hoc distinctionem recipit. nam mortuo^d patre sanè omnimodò filij, filiaeve sui iuris efficiuntur. Mortuo vero auo, non^e omnimodò nepotes neptésque sui iuris fiunt: sed ita, si post mortem ad in potestatem patris sui f. recasuri non sunt. Itaque si moriente auo pater eorum viuit, & in potestate patris sui est, tunc post obitum aui in potestate patris sui fiunt. Si vero is, quo tempore auus moritur, aut iam mortuus est, aut per emancipationem exiit de potestate patris: tunc ii qui in potestatem eius cadere non possunt, sui iuris^f

h l. si pater filium: 41. n. de adopt.

¶ l. Mors

¶ **II.** *Mors civilis, scilicet, deportatio, qua quasi mors dicitur, l. Verum. §. Societas. ff. pro socio.*

Cum autem is, qui ob aliquod maleficium in insulam deportatur, civitatem amittit: sequitur, ut qui eo modo ex numero civium Romanorum tollitur, perinde quasi eo mortuo, desinant liberi in potestate eius esse. Pari ratione & si is, qui in potestate parentis sit, in insulam deportatus fuerit, desinit esse in potestate parentis. sed si ex indulgentia Principis restitutus fuerint, per omnia pristinum statum recipiunt. §. Relegati autem patres in insulam, in potestate liberos retinent, Et ex contrario, liberi relegati, in potestate parentum remanent.

¶ *Tertius modus, servitus pœna.*

Pœnæ servus effectus, filios in potestate habere desinit. Servi autem pœnæ efficiuntur, qui in metallum damnantur, & qui bestiis subiiciuntur.

¶ **III.** *Digni: as summa.* Summa autem, non quidem gradu (Consulatus enim maior est hoc modo) sed duratione, quia perpetua: cetera, dignitates temporales. A. Cont.

Filius familiæ si militauerit, vel si Senator, vel Consul factus fuerit, remanet in potestate patris. militia enim, vel con-

l. ult. §. ult. C. de sent. pass. l. 1. D. eod. & ideo patriâ potestati cetera q̄ omnia restituit: secus est si finita sit, ut in specie l. 2. & l. in insulam. C. eod. & l. 2. D. eod. c. l. 1. C. de sent. pass. qui locus hunc p̄schrè illustrat. d. Gravitatem huius supplicij describit Diodor. Sicul. lib. 6. c. 1. 3. C. De adopt. Novel. constit. 81. Pido Halicar. lib. 2.

a Vlp. de deportati dicitur d̄m̄ d̄s, l. 1. §. Hi, quib. De leg. 3.

Antonino, p̄grini, l. 1. C. De her. instir.

b Theoph. habet civitati ved diti, d̄i a d̄c̄y t̄l̄o p̄d̄st̄ia.

Cuiac. not. Aut specialis est restitutio, aut generalis, hac stri-

ctè accipienda est, ut pœna t̄t̄m gratiâ faci-

ciat, & reditum in patriam restituat. l. Tutor. l. Si ademptu. l. Generalis. C. de

sent. pass. l. 4. C. de bon. præsir. l. ha si concepta sit in infinitum,

n̄pe hoc modo, Restituo te in integrum, plenissima & latissima est. l. 1.

P A.

usua mori

odis ij,
cti, eo
quem-
te do-
umus,
iūs ex-
paren-
ed hoc
o d pa-
i iuris
e o-
iuris
pote-
t. Ita-
uit, &
t obi-
Si ve-
t iam
n ex-
pote-
iuris

Mort

a Sunt diploma collatum à Principe beneficium continentia. l. 4. De excus. tut. Non. 81. Sueton. in Claud. cap. 29.
b Cuiac. notat omnes vet. Cod. habere relaxare.

c Nō loquitur hic de patriatu illo Rom. quem sibi o. im. à primis Senatoribus orinidi ascribebant: sed de illo qui sub Augustis præcipuo ordini fuit attributus, l. 3. C. de Cōsul. lib. 10. in quem allecti, veluti patres censēb. iur. principis. l. ult. C. de emāc. hic §. iure nouiss. correctus est à Justin. in Auth. constit. qua de dignit. & ult. cōstit. lib. 10. C. Wes. & Mysf.

d Cic. in Topic. varias refert huius verbi etymologias.

ularis dignitas, de patris potestate filium non liberat. Sed ex Constitutione nostra summa Patriatus dignitas illico, Imperialibus codicillis præstitis, filium à patria potestate liberat. quis enim patiatur patrem quidem posse per emancipationis modum, potestatis suæ nexibus filium liberare: imperatoriam autem celsitudinem non valere eum, quem sibi patrem elegit, ab aliena eximere potestate?

¶ V. Captivitas: quæ non tam soluit quàm suspēdit patriam potestatem.

Si ab hostibus captus fuerit patres, quavis seruus hostium fiat, tamen pendet ius liberorum, propter ius postliminij: quia hi, qui ab hostibus capti sunt, si reuersi fuerint, omnia pristina iura recipiunt, idcirco reuersus etiam liberos habebit in potestate: quia postliminium fingit eum, qui captus est, in ciuitate semper fuisse. Si verò ibi decesserit, exinde ex quo captus est pater, filius sui iuris fuisse videtur. Ipse quoque filius, neposve si ab hostibus captus fuerit: similiter dicimus, propter ius postliminij, ius quoque potestatis parentis in suspenso esse. § Dictum est autem postliminium à limine & post. Vnde eum, qui ab hostibus captus est, & in fines nostros postea peruenit, postliminio reuersum rectè dicimus. Nam limina, sicut in domo

finem
nem el
& lim
& terr
est, qui
amifer
bus rec
stimat

Præ
nunt li
emanc
quam
quæ pe
tercede
vel ex I
prouid
stitutio
explosa
vel mag
suos, ve
deincep
edicto
filix, ve
parente
rit, ead
tribuum

cap. minu
g Ex sic
filius, ma

finem

finem quandam faciunt, sic & Imperij finem esse limen, veteres voluerunt. Hinc & limen * dictum est, quasi finis quidam & terminus. ab eo postliminium dictum est, quia ad idem limen reuertebatur, quod amiserat. Sed & ^b qui captus victis hostibus recuperatur, postliminio rediisse existimatur.

¶ Sextus modus, emancipatio.

Præterea emancipatione quoque desinunt liberi in potestate parentum esse. sed emancipatio antea quidem vel per antiquam ^c legis obseruationem procedebat, quæ per imaginarias ^d venditiones, & intercedentes manumissiones celebrabatur, vel ex Imperiali rescripto. Nostra autem prouidentia etiam hoc in melius per constitutionem reformauit: vt fictione pristina explosa, recta via ad cõpetentes iudices ^e, vel magistratus ^f, parentes intrent: & filios suos, vel filias, vel nepotes, vel neptes, ac deinceps, à sua manu dimittant. Et tunc ex edicto Prætoris in bonis eiusmodi filij, vel filix, vel nepotis, vel neptis, qui, quæve à parente manumissus, vel manumissa fuerit, eadem iura præstantur ^g parenti, quæ tribuuntur patrono in bonis liberti. § Et

cap. misit. ^e Magistratus populi Romani. ^f Municipales. ^g Ex fiducia contractu scilicet: alioquin extraneus cui vendebatur noster filius, manumittebat, non pater. Cont.

a Vide Cic. in Topic. Aly le-
guur, limes di-
ctus est. Sicut
Flaccus, De
cond. agr. Hygi-
nus De limitib.
b Ex Flor. l.
26. De capt.

c Legi xij. tab.
que quidem vt
Halicar. scri-
bit, Ἰδὲν ἐν τῆ
πρώτῃ τῶν δε-
καλύτων δώδε-
καδὲ τῶν ἀ-
εὐδισσῶν ἐν ἀ-
γορᾷ est ergo a-
lia emancipatio
legitima, alia
Anastasiana,
qua fit ex Im-
peratoru rescri-
pto, alia Iustiniana. De emā-
cipationis veteri
ritu, Caius 1.
Inst. ti 6 Paul.
l. 3 §. 1. De ca.
dimit. Nonell.
81. Boet. in l. op.
d l. pin. & ult.
De emancipa.
libero. d. l. 3. De

d.j.

a Ex Cajo l. 28
De adopt.

præterea si impubes sit filius, vel filia, vel cæteri, ipse parens ex manumissione tutelam eius nanciscitur. Admonendi^a autem sumus, liberum arbitrium esse ei, qui filium, & ex eo nepotem, vel neptem in potestate habet, filium quidem de potestate dimittere, nepotem verò, vel neptem retinere: & e conuerso filium quidem in potestate retinere, nepotem verò, vel neptem manumittere, vel omnes sui iuris efficere. Eadem & de pronepote & pronepte dicta esse intelligantur.

¶ Septimus modus adoptio.

b In adoptione,
a lopeantur &
adoptari spectat
sui voluntatis.
l. 5. De adopt.

c Vid. Hermo-
no. lib. 1 tit 17.

Sed & si pater filium, quem in potestate habet, auo, vel proauo naturali secundum nostras constitutiones super his habitas, in adoptionem dederit, id est, si hoc ipsum actis interuenientibus apud competentem Iudicem manifestauerit, præsentem eo, qui adoptatur, & non cõtradicente^b, nec non eo præsentem, qui adoptat, soluitur quidẽ ius potestatis patris naturalis: transit autem in huiusmodi parẽtem adoptiuum, in cuius persona, & adoptionem esse plenissimam antea diximus. § Illud autem scire^c oportet, quòd si nurus tua et filio tuo conceperit, & filiũ postea emancipaueris, vel in adoptionem dederis, prægnante nuru tua, nihilominus quod ex ea nascitur: in potestate tua nascitur. Quòd si post e. i. ãcipationem, vel adoptionẽ conceptus

ceptus
adopt
nequ
lo pen
de pot



¶ Sec



non su
in cura
tur. Vi
vel in c
mus ca
tenetur
in tute
Seruius
pite lib
tatem s
data ac
qui ear
que ipsa

ceptus fuerit, patris sui emancipati, vel aui
 a adoptiui potestati subiicitur. Et quidem
 neque naturales liberi, neque adoptiui vl-
 lo penè modo possunt cogere parentes,
 de potestate sua eos dimittere.

a Ex Mart. l.
 31. De adopt.
 b Hoc ideo ad-
 didit, quia quibusdam
 casibus filium emancipare
 cogitur pater.
 Accur. hic. vid.
 l. 32. de adopt.

DE TUTELIS.

TITVLVS XIII.

¶ Secunda personarum diuisionis subdivisio: tu-
 tela, tutorumque definitio & etymologia, l. 1.
 D. de tutelis.

Transeamus nunc ad aliam diui-
 sionem personarum. Nam ex
 his personis, quæ in potestate
 non sunt, quædam vel in tutela sunt, vel
 in curatione, quædam neutro iure tenen-
 tur. Videamus ergo de his, quæ in tutela,
 vel in curatione sunt. Ita enim intelligen-
 mus ceteras personas, quæ in neutro iure
 tenentur. Ac prius dispiciamus de his, quæ
 in tutela sunt. § Est autem tutela (vt
 Seruius definiuit) vis ac potestas in ca-
 pite libero, ad tuendum eum, qui per æ-
 tatem se ipse defendere nequit, iure ciuili
 data ac permissa. Tutores autem sunt,
 qui eam vim ac potestatem habent, ex-
 que ipsa re nomen acceperunt. Itaque ap-

c Caus. 1. Inst.
 tit. 7. Vlp. t. 1. 1.
 & Sigo lib. 1. ca.
 13. De iur. an-
 tiq. cini. Rom.
 d Coma. not. at
 lib. 2. cap. 1.
 e Ex Pand. t. 1.
 cod.
 f Theophil. ha-
 bet. ius. d. m. 109
 m. 101 d. 109
 m. 101 d. 109
 & melius
 g Pro. in caput
 liberum. Gell.
 libr. 5. cap. 19.
 Vlp. in frag. tit.
 11.
 h Lege Dua-
 decim tab.
 i Datur legi-
 tima: permit-
 titur Testamen-
 taria. Datina
 ex alijs legibus
 descendit.

a Scenola vocat *ἰερεφύλα*
ἡ, l. 20. §. 1.
 De ann. legat.
 Plin. libr. 14.
 cap. 7. Tutela
 rura. Gell. lib.
 12. cap. 10.
 b l. 1. De testa.
 tutel. l. 2. De
 vulg.
 c Etia inuitis.
 l. 6. De tutor.
 Item ex here-
 datis. l. 4. De
 test. tutel. Plat.
 11. De leg. Liu.
 De Anco Mar-
 tio.
 d Ubicūque de
 eorum commodo
 agitur.
 e Hoc om sui
 & in potestate
 nascerentur.
 f A patre tu-
 tor emancipato
 datus sine in-
 quisitione con-
 firmatur natu-
 rali datus non
 item nisi et ali-
 quid vel ei sit.
 A matre nun-
 quam datur nisi instituto l. Pat. D. De testa. tut. Ex qua in l. 4. C.
 eod. tit. tollēda est negatio in illo loco, Quando autem eos. & is quidem
 ex inquisitione etiam confirmandus est. Cu.

pellantur tutores, quasi tutores atque de-
 fensores: sicut æditui * dicuntur, qui ædes
 tuentur.

¶ De tutoribus testamento datis.

Permissum est itaque parentibus ^b li-
 beris ^c impuberibus, quos in potestate ha-
 bent, testamento tutores dare. Et hoc in
 filios filiāsque procedit omnimodò: ne-
 potibus verò neptibusque ita demum pa-
 rentes possunt testamento tutores dare, si
 post mortem eorum in potestatem pa-
 tris sui non sunt recasuri. § Itaque si fi-
 lius tuus mortis tuæ tempore in potesta-
 te tua sit, nepotes ex eo non poterunt ex
 testamento tuo tutores habere, quanuis in
 potestate tua fuerint: scilicet, quia mortuo
 te, in potestatem patris sui recasuri sunt.

§ Cū autem in compluribus aliis
 causis posthumi pro iam natis habeantur ^d, & in hac causa placuit non minùs
 posthumis, quàm iam natis testamento tu-
 tores dari posse: si modò in ea causa sint,
 ut si viuis parentibus nascerentur, sui hæ-
 redes ^e, & in potestate eorum fierent.

§ Sed & si emancipato filio tutor a
 patre datus fuerit testamento, confirman-
 dus est ex sententia Præsidis, omnimodò,
 id est, sine inquisitione ^f.

¶ De te
 veru
 stitu
 tet is
 lib. 4
 ex tu
 In il
 liberi
 quia
 lanit
 tiam
 cum
 10. §
 sum

QVI TESTAMENTO TV-

tores & dari possunt.

TITVLVS XIII.

Tutor autē tutor potest testamēto nō solūm paterfamiliās, sed etiā filiusfamiliās^b. Sed & seru⁹ proprius testamento cū libertate, rectē tutor dari potest. Sed sciēdū est, cū & sine libertate^a tutorem datū, tacitē libertatem directam^c accepisse videri: & per hoc rectē tutorem esse. Planē si per errorem^f, quasi liber, tutor datus sit, aliud dicendum est. Seruus autem alienus purē^g inutiliter testamento datur tutor: sed ita, CVM LIBER ERIT, vtiliter datur. Proprius autem seruus inutiliter^h eo modo tutor

a Harmen lib 5. tit. 11.

b Paul. l. 32.

§. ult. De testa.

tut. vbi Fran-

cise. Cerna lib.

2. c. 4. vid l. 4.

Ad Trebell.

Gel. l. 11. c. 10.

c Hoc modo,

Seruus meus

Stichus liber &

tutor esto.

d Stichus ser-

uus tutor esto.

e Imò fidei cō-

missariam, l.

Et si non adscri-

pta. C. de fid.

lib. l. Si hære-

ditas. §. ult. D.

De testam tut. l. Generaliter. §. Si quis tutorem. D. De fid. lib. idē, verum est. siue institutus sit pupillus, siue exheredatus: nam pupillo instituto perinde libertas ex S. C. Dasimiano cōpetit, atque si vt oportet is ex causā fideicommissi manumissus esset. & hoc Paulus sentit lib. 4. Sentent. tit. de fid. lib. Iustinianus verò vt ex hereditatis, ita & ex tutela institutione hoc in loco directam libertatem tribuit inuita Iurisprudencia. Ceterum videtur & in hac specie Paulus directam libertatem tribuere in l. Quaro. §. ult. D. De test. tut. id autem ideo quia testator seruū quasi liberū duplici nomine. L. Erat em appellauit. f. l. 16. De testa. tut. g. Intelligi quoad vtrāque sententiā, nam illa datio, Stichus tutor esto, non est pura quoad sententiā: cum subaudiaturq; conditio Cū liber erit: & sic Contiū conciliat. l. 10. §. ult. de testa. tut. h. Nam quod in nostra potestate est in casum conferri non oportet. Caius l. 22. De condi. inst. tit.

d. iij.

a *Fac l 10 §. 1. De testa. tut. l. Furiosus. De reg iur.*

b *Ex conditione, vel ad conditionem Cu l. 6. Si quis. De testa. tut. Sic in annum Titius tutor est: si naus ex Asia venerit.*

c *Ex Ulp l. 12. De testa tutel.*

d *Principaliter. scilicet.*

e *Ex Ulp l. 5. Et seq l. 16. ibid.*

f *Gell lib. 2. cap 13.*

g *Alias, posthumis, sic Theoph.*

datur. Furiosus, vel minor viginti quinque annis tutor testamento datus, tutor tuterit, cum compos^a mentis, aut maior viginti quinque annis fuerit factus. Ad certum tempus, vel ex certo tempore, vel conditione^b, vel ante hæredis institutionem posse dari tutorem, non dubitatur. § Certæ^c autem rei, vel causæ tutor dari non potest: quia personæ^d, non causæ, vel rei tutor datur.

Interpretatur illam dandi tutoris formulam Titius filii vel filibus meis tutor esto.

¶ Si quis^e filiabus suis, vel filiis tutor dederit, etiam posthumæ, vel posthumæ dedisse videtur: quia filij, vel filix appellatione, & posthumus & posthuma continentur^f. Quod si nepotes sint, an appellatione filiorum, & ipsis tutores dati sine deantur, si modo liberos dixerit. Cæteri si filios, non continebuntur. Aliter enim filij, aliter nepotes appellatur. Planè si poststeris^g dederit, tam filij posthumi, quam cæteri liberi continebuntur.



DE LEGITIMA AGNATORUM TUTELA.

TITVLVS XV.

¶ Quibus

¶ Quibus ad



tutores, quibus agnati, conditionem, veluti fratris, filius, neptui filius, minini, guntur, li iure, non est, tuicem, qui ex familiaribus

¶ Quod ab agnatos, si omnino poterat tutelam, quod tunc cum is, decesserit

¶ Ad

¶ pr

¶ me Sed a

¶ Quibus testamento datus tutor non est, eorum adgnati suscipiunt.

Quibus autem testamento tutor datus non est, his ex lege duodecim^a tabularum adgnati sunt tutores, qui vocantur legitimi. Sunt^b autem adgnati, cognati per virilis sexus cognationem coniuncti, quasi à patre cognati: veluti frater ex eodem patre natus, fratris filius, neposve ex eo: item patruus, & patruus filius, neposve ex eo. At qui per feminini sexus personam cognatione iunguntur, adgnati non sunt, sed aliàs naturali iure cognati. Itaque amitæ tuæ filius non est tibi adgnatus, sed cognatus: & inuicem tu illi eodem iure cõiungeris: quia qui ex eâ nascuntur, patris^c, non matris familiam sequuntur.

¶ Interpretatio verbi Intestatus.

Quod^d autem lex duodecim tabularum ab intestato vocat ad tutelam adgnatos, non hanc habet significationem^e, si omnino non fecerit testamētum is, qui poterat tutores dare: sed si, quantum ad tutelam pertinet, intestatus decesserit: quod tunc quoque accidere intelligitur, cum is, qui datus est tutor, viuo testatore decesserit^f.

¶ Adgnationis ius, quò civile sit vinculum, capitis diminutione tollitur: cognationis vero, non ita.

Sed adgnationis quidē ius omnib⁹ modis.

a l. 1. De legit. tut. Plat. 11. De legib. vide Ulp. in frag. tit. 11. b Ex Mod. l. 4 §. 1. & Ulp. l. 10. De grad. affi.

¶

c l. Famil. 196 De verbo. signif.

d Ex Taul. l. 6 De legit. tut.

e Paul. in l. 6. addidit hæc vocem, tantum.

f l. 6. De legit. tutor.

a Id est, quolibet deminutione capitis, Theophil.

b Quid hic facit plerumque? Nempe ut intellegamus non

semper ius familia per minima capitis deminutione. Est Anastasi constitutio, ex qua fratres emancipari ad fratrum legitimam successione, tutelam, curatione vocantur. §. 1. infra de success. agn. §. ult. infra de grad. cog. l. frater. C. de leg. tutel. l. Ne lucrum. C. de cur. fur. Est Iustiniani constitutio, ex qua

fratrum emancipatorum filij vocantur l. ult. C. de leg. h. ar. Est rursus alia Anastasii constitutio, qua cautum est, ut ne iura familiae amittant, qui Anastasiana emancipatione fuerint liberati, videlicet si ita nominatim id in Imperiali rescripto comprehensum sit. l. Si ab eo. C. de leg. h. ar. c Theophil. haber. §. neutrus, non emmino. d Vid. Plp. in frag. tit. 11. e prioris Abundat. f Vel liberate, vel ciuitate, vel familia statu. l. 1. cod. g Ex l. 1. §. ult. ff. cod. caput hic figurate pro persona accipit.

dis capitis deminutione plerumque perimitur. nam adgnatio, iuris ciuilibus nomen est, cognationis vero ius non omnibus modis commutatur: quia ciuilibus ratio, ciuilia quidem iura corrumpere potest, naturalia vero non utique.



DE CAPITIS DEMINATIONE.

TITVLVS XVI.

¶ Capitis deminutionis definitio, item tripartita diuisio, ex l. 1. §. ult. D. cod.



ST autem capitis deminutio prioris status mutatio. eaque tribus modis accidit. Nam maxima est capitis deminutio, aut minor (quam quidam mediam vocant) aut minima. Maxima capitis deminutio est, cum aliquis simul & ciuitatem & libertatem

amittit.

amitti
na^b est
berti
natis:
dum v
media
quidē
quod a
ctum f
tus est
cūm ci
tus hor
qui cū
iuri sū
lius fan
capite
numiss
caput
magis
minuu
non m

bertas r
sic Dedi
Quiriti
iure Q
in l. cogn
au de de
tantum
torquē
vet. libr
iuris fit
latius d

amittit. quod accidit his^a, qui serui pœ-
na^b efficiuntur atrocitate sententiæ: vel li-
bertis, vt ingratisc^c erga patronos condem-
natis: vel his qui se ad pretium participan-
dum venundari passi sunt. § Minor, siue
media capitis diminutio est, cum ciuitas
set, l. si ædes. §.
libertas, De
feruit. urb.

I.
m vtique
m aliena-
m si is, ad
net, patri
ut dona-
um enim
titur. A-
st, vt qui
aliquem
ffore vsu-
d eas res,
, Ius ita
possessio-
igentiam
decesse-
pse mala
alienum
ona fidei
onga pos-
ue furti-
rit. Abo-
rum sen-
li, locive
i res soli
tionibus
tata pos-
quando

quàm vir-
aut l. 4 §.

etiam

a *Hermenop. lib. 3. Epit. ad- dit, & Com- medij. Fac. l. vlt. C. si ad- fisc.*
 b *Extat in l. 2. C. de quadrien. pras.*

c *Id est, actio- nem proponere.*

d *Est in l. vlt. De quad. pras.*

e *Cuia habet, prasata Zeno- nis constitutio- ne.*

f *Harmenop. lib. 3. tit. 1.*

g *Vide Vlp. in frag. tit. 19. & Sent. Pauli. lib. 2. cap. 24. & lib. 3. cap. 10.*

h *Tria facit Iulia. l. 2. De mort. caus. don. & l. 1. De don.*

§ 8 Edicto D. Marci ^a cauetur, eum, qui à fisco rem alienam emit, si post venditio- nem quinquennium præterierit, posse do- minum rei exceptione repellere. Consti- tutio ^b autem diuæ memoriæ Zenonis bene prospexit iis, qui a fisco per vendi- tionem, aut donationem, vel alium titu- lum accipiunt aliquid: vt ipsi quidem se- curi statim fiant, & victores existant, sine experiantur, siue conueniantur. Aduer- sarij autem sacratissimum ararium vsque ad quadriennium liceat iis intendere ^c, qui pro dominio, vel hypotheca earū rerum, quæ alienatæ sunt, putauerint sibi qua- dam competere actiones. Nostra autem diuina constitutio ^d, quam nuper promul- gauimus, etiam de iis, qui à nostra, vel ve- nerabilis Augustæ domo aliquid accepe- rint, hæc statuit, quæ in fiscalibus aliena- tionibus præfatæ Zenonianæ constitu- tionis ^e continentur.

DE DONATIONIBVS.

TITVLVS VII.

DONATIO & aliud genus acquisitio- nis ^g, donatio. Donationum au- tem duo sunt genera ^h: mortis causa,

caussa, & fa dona- spicion- humani accepit. nauit, re- nituisse- natum i- tiones a- sunt per- biguū f- instar e- causæ ad aliu- constitu- connun- modum. Et in lu- cūm m- cui don- hærede- Telem-

Περπαρ, & Ελευθέρου Λαδρη κ- Αποτν κ- Ε' Ν' κ' & Δι' τοτν π-

Piræ, inc- Sitacra Morte p-

r, eum, qui
venditio
posse do
c. Consi
Zenoni
per vendi
num titu
uidem se
stant, sine
Aducria
vique ad
ere, qui
rū rerum
sibi qual
tra autem
r promul
ra, vel ve
d accepe
us aliena
constitu

caussa, & nō mortis caussa. Mortis ^a caus-
sa donatio est, quæ propter mortis sit su-
spicionem: cū quis ita donat, vt si quid
humanitus ^b ei contigisset, haberet is, qui
accepit. si autem superuixisset is, qui do-
nauit, reciperet: vel si eum donationis pœ-
nituisse: aut prior decesserit ^c is, cui do-
natum sit, § Hæ mortis caussa dona-
tiones ad exemplum ^d legatorum redactæ
sunt per omnia. nam cū prudētibus am-
biguū fuerat, utrū donationis, an legati
instar eam obtinere oporteret: & vtriusq;
causæ ^e quædam habebat insignia, & alij
ad aliud genus eam retrahebant: à nobis
constitutum est ^f, vt per omnia ferè legatis
connumeretur, & sic procedat, quemad-
modum nostra cōstitutio eam formauit.
Et in summa, mortis caussa donatio est,
cū magis se quis velit habere, quā eū,
cui donat: magisq; eum, cui donat, quā
hæredem suum. sic & apud Homerum
Telemachus donat Piræo:

Πειραιῶν ἢ ἄρ' ἰδὺ μὲν ὄπισθε ἔσται τὰ δὲ ἔργα,
εἴεν ἢ μὲν κτηνῆσιν ἀγῆνορες ἐν μετέφοισι
Λάθρη κτείναντες πατρῷα πάντα δάσονται,
κοῦτοι ἔχοντα σὲ βάλωμαι ἑπαυρήμεν, ἢ πινὰ τῶνδε.
εἰ δ' ἂν ἔργα τοῦ τοιοῦ φόνου ἢ κῆρα φερέτω,
δὴ τότε μοι χεῖροντι φέρην ὡς δόματα χεῖρον.

Odyss. 17. circa principium,

Piræo, incertus quoniam rerum exitus harum est,
Sitacra incantum stolidi me forte necare
Morte precii poterunt, & opes vixare paternas,
h. j.

a Ex Mart. l. 1.
De mort. caus-
don.

b Hoc verbum
significat mor-
tem. l. Publica.
D. Depositi.

c Fac. l. 32. §.
Si ambo. De
don. int. vir &
vxo.

d Iulia habet
instar legatorū
obtinēt. l. 17 in
fin. De mort.
caus don.

e Vtriusq; ti-
tuli donationis
& legati. l. C.
f Extat hac
constit. l. ult. C.
De don. caus.
mor. Nouel. 87.

Ω δὲ οὐ. p. Ex
quo apparet sit-
acra, ipsū cō-
trahedi donan-
dique iuru esse
gentiū licet for-
ma & effectus
sit civilis, velut
in legato: quod
pari est testa-
mētī, eoque iu-
rus civilis. De
legat. & fidei-
com. hæred.

*Hac ego te malo quam illorū quampiā habere.
Sin ego eos iusta meritos affecero clade,
Tu mihi tu lato reddes illa omnia lato.*

a *Ea sunt que
directa dicuntur
in l. dona-
tis. C. eod. l. C.*

b *Veter. lib. o-
mnino non.
quod valde p-
bat Cu. signifi-
cat enim nullo-
modo comparan-
tur. nulla est eis
cum legatis assi-
mitas, neque
natura & pro-
prietis, neque for-
ma nec effectus.
Duf.*

c *Hoc est, nisi
iusta de causa.*

d *Exat in l.
35. §. Sin autē.
De don.*

e *C. No-
nell. 162.*

f *Publicari &
in acta refertur.*

g *Bud. in. Amor.
prio. in Pand.*

h *Fac. l. Sanci-
mus. C. eod.*

i *Quinq. nu-
mero. C. de do-
nat. ad fi. tit.*

¶ *Secundum genus donationis qua inter viuos
simplex dicitur, & cum superiore confertur.*

§ *Aliæ autem donationes sunt, quæ si-
ne vlla mortis cogitatione fiunt, quas in-
ter viuos appellamus, quæ non omnino
comparantur legatis. quæ si fuerint per-
fectæ, temerè reuocari non possunt.*

§ *Perficiuntur autem, cum donator
suam voluntatem scriptis, aut sine scri-
ptis manifestauerit. Et ad exemplum ven-
ditionis, nostra constitutio eas etiam in
se habere necessitatem traditionis ve-
luit: vt etiam si non tradantur, habeant
plenissimum & perfectum robur, & tradi-
tionis necessitas incumbat donatori. Et
cum retro Principum dispositiones in-
nuari eas actis interuenientibus vole-
bant, si maiores fuerant ducentorum so-
lidorum: constitutio nostra eam quan-
tatem vsque ad quingentos solidos am-
pliauit, quam stare etiam sine insinua-
tione statuit, sed & quasdam donationes
inuenit, quæ penitus insinuationem fie-
ri minime desiderant, sed in se plenissi-
mam habent firmitatem. Alia insuper
multa ad vberiore exitum donatio-
num inuenimus, quæ omnia ex nostra
constitutionibus, quas super his expo-
suimus,*

suimus,
tamen,
nes, si ta
quos be
bus per
tiam pr
uocare
lerint, a
vel iac
constit

¶ *Ter-
ol*

§ *E
tionis,
bus per
à iunio
ctum e
tacitar
tunc ra
insequ
labatur
batur,
talis de
quidem
augeri
missun
ptias a
trimon
men ne
ante n
ptias a*

suimus,

suimus, colligenda sunt. § Sciendum est tamen, quòd etsi plenissimæ sint donationes, si tamen ingrati existant homines, in quos beneficium collatum est, donatoribus per nostram constitutionem^b licentiam præstitimus^c certis ex causis eas reuocare^d: ne illi, qui suas res in alios contulerint, ab his quædam patiantur iniuriam, vel iacturam, secundum enumeratos in constitutione nostra modos^e.

¶ *Tertium genus, Donatio propter nuptias, quæ olim dicebatur ante nuptias.*

§ Est & aliud genus inter viuos donationis, quod veteribus quidem prudentibus penitus erat incognitum, postea autem à iunioribus diuis Principibus^f introductum est, quod ante nuptias vocabatur, & tacitam in se conditionem habebat, ut tunc ratum esset, cum matrimonium esset insequutum. Ideoque ante nuptias appellabatur, quòd ante matrimonium efficiebatur, & nunquam post nuptias celebratas talis donatio procedebat. § Sed primus quidem diuus Iustinus pater^g noster cum augeri dotes, & post nuptias fuerat permisum, si quid tale cueniret, & ante nuptias augeri^h donationem, & còstante matrimonio, sua còstitutione permisit, sed tamen nomen incòueniens remanebat, cum ante nuptias quidem vocabatur, post nuptias autem tale accipiebat incrementum.

h.ij.

a Fab. lib. 7.

cap. 5. Seneca

lib. 3. De benef.

b Est in l. vit.

C. De reuo. dona.

c Vet præsta-

uimus.

d Atq; etiam

libertatem. l. 2.

C. de liber. &

eor. lib.

e Qui sunt in

d. l. vit. C. De

reuo. dona.

f Anselio, Dio-

cles. & Maxi-

miano, Ferre-

tus. Contius ve-

rò putat hâc in-

telligi Constan-

tinum & se-

quentes, arg. l.

Cum veterum.

C. eod. tit.

g Iustinus a-

doptiuus Iusti-

miani pater. §

Cæcus. Quibus

non est permis-

fac. testa. Ant.

Aug. Emend.

lib. 7. cap. 8.

h Quæ ita do-

nantur adri-

ospra nostri au-

thores vocant.

a Est in l. cum multa. 20. Cod. De donat. ant. nupt. Sed alia quoque extat, Nouel. 97. qua non modo permittit donationem constante matrimonio ad exemplum dotis augeri: sed omnino precipit ut doti respondeat, tum in quantitate, tum in partu.

b Resc. vindic. vel testamentam si inter amicos vel per epistolam, vel conuincium manumittat, plerisque placet nibi eum egisse: author Ulp. in tit. De Libert. & Paul. lib. 4. Sent. De manumiss.

c Paul. 3. lib. 5. cap. 6. quia quum nec liber fieret seruus, &

dominus ius suum amitteret, non poterat id nullus esse: sed alteri seruo accrescebat: cui inuito ius suum non erat auferendum, quando in re communi melior sit prohibentis conditio. l. 4. de Ser. rust. praed.

§ Sed nos plenissimo fini tradere satisfactiones cupientes, & consequentia nominibus esse studentes, constituimus, ut tales donationes non augeantur tantum, sed etiam constante matrimonio initium accipiant: & non ante nuptias, sed propter nuptias vocentur: & dotibus in hoc exaequantur, ut quemadmodum dotes constante matrimonio non solum augentur, sed etiam fiunt: ita & istae donationes, quae propter nuptias introductae sunt, non solum antecedeant matrimonium, sed eo etiam contracto augeantur & constituentur,

¶ *II. acquisitionis genus, per ius ad crescendi.*

§ Erat olim & alius modus ciuili acquisitionis per ius ad crescendi, quod est tale: Si communem seruum habes aliquo cum Titio, solus libertatem ei imposuerit vel vindicta, vel testamento: eo casu pars eius amittebatur, & socio ad crescebat. Sed cum pessimum fuerat exemplum, & libertate seruum defraudari, & ex ea humanioribus quidem dominis damnum inferri, fauoribus autem dominis lucrum accedere: hoc quasi inuidia plenum, pro remedio, per nostram constitutionem mendum, necessarium duximus. § Et inuenimus viam, per quam & manumissor, & so-

cius

QV
cius ei
benefic
proce
latores
gulas
eam lib
tis stab
confer
partem
accipie



QV

¶ *Du*



nandae
le 4 pra
legem
uis ipsi
nos, leg
statum
tantum
Italicae
quae in

cuius eius, & qui libertatem accepit, nostro beneficio fruantur, libertate cum effectu procedente (cuius favore antiquos legum latores multa etiam contra communes regulas ^a statuisse manifestum est) & eo, qui eam libertatem imposuit, suae liberalitatis stabilitate gaudente, & socio indemni conseruato, pretiumque serui secundum partem dominij, quod nos definiuimus ^b, accipiente.

a l. Libertas.

De reg. iur. l.

Generaliter. §.

Si quis seruo. De

fiducom. libert.

b l. 1. §. Ne

autē. & l. vlt.

C. De condit.

in ser.

c Maritus lu-

ru subtilitate

dotu dominus

est: uxor uero

re ipsa domina

est. l. 10. C. De

iur. dot.

d Nec etiam

quasi dotale l. 3.

De fund. dot.

e Ab Augu-

sto latam qua

de adulteris di-

citur. Vid. Ale-

xand. Neapol.

libr. 4. cap. 8.

Verba autem

legis Iulia sic

videntur esse:

Fundum Ita-

licum dotalem

maritus ne a-

lienes multa u-

xore, ac ne ipsa

quidem consen-

siente obliges.

h. iij.



QVIBVS ALIENARE

licet, vel non licet.

TITVLVS VIII.

¶ Duo paradoxa hinc proponuntur, ut non domi-
nus alienet, & dominus non alienet.

Accidit aliquādo, ut qui domi-
nus ^e rei sit, alienare non possit: &
contra, qui dominus non sit, alienan-
dæ rei potestatem habeat. Nam dota-
le ^d prædium maritus inuita muliere per
legem Iuliam ^c prohibetur alienare: quan-
uis ipsius sit, dotis causa ei datum, quod
nos, legem Iuliam corrigētes, in meliorem
statum deduximus. Cū enim lex in solis
tantummodò rebus locum habebat, quæ
Italicae fuerant: & alienationes inhibebat,
quæ inuita muliere fiebāt: hypothecas au-

IL
radere san
tia nomina
us, ut na
antum, sed
nitium ac
propter no
ex æque
conitans
tur, sed o
quæ pro
non solum
eo etiam
uantur,
desendi
ciuilis ac
quod ei
dēs aliqui
imposue
eo casu
ad cresce
exemplo,
& ex ca
damnum
is lucrum
num, pio
onem me
t inueni
tor, & fo
ed alteri fo
quando
prad.
cigi

a *Fac. l. Si
prædium. C. de
iur. dot.*

b *Extrat ea
constit. l. vnic. §.
Et cum lex
iul. C. de rei
vxo. act. No-
uell. 61.*

c *d. l. vnic. §.
Cum autem.*

d *Idemq. est si
ex interuallo. l.
4. D. de pign.
act.*

e *Fac. l. ult.
de iur. domi.
Imp.*

f *Fac. tor. tit.
De auth. tuto.*

g *Est simile lo-
cus l. ii. §. ult.
Si cert. pet.*

h *Minor, pro
pupillo.*

tem earum rerum, etiam volente ea
que remedium imposuimus^b, vt etiam in
eas res, quæ in prouinciali solo positæ sūt
interdicta sit alienatio, vel obligatio, vt
neutrū eorū, neque cōsentientibus mulie-
rib⁹ pcedat, ne lexus muliebris fragilitate
in perniciem substatiæ earū conuertatur.

¶ *Creditor, etsi dominus non sit, alienat.*

§ Cōtrā autē creditor pignus ex pactio-
ne, quanuis eius ea res nō sūt, alienare po-
test. Sed hoc forsitan ideo videtur fieri, q
voluntate debitoris intelligitur pignus a-
lienari, qui ab initio^d cōtractus pactus est,
vt liceret creditori pignus vēdere, si pecu-
nia non soluatur. § Sed ne creditores in
suū persequi impedirētur, neque debito-
res temerē suarū rerum dominiū amitte-
re viderētur: nostra constitutione^e consul-
tum est, & certus modus impositus est, per
quem pignorū distractio possit procede-
re: cuius tenore vtrique parti creditorū &
debitorum, satis abundēque prouisum est.

¶ *De alienatione facta à pupillo, §. Vel in pupillo.*

§ Nunc admonēdi sumus, neque pupi-
lum^f, neque pupillam, vllam rem sine tu-
toris autoritate alienare posse. Ideoque si
mutuam pecuniam sine tutoris autho-
ritate alicui dederit, nō cōtrahit obligatio-
nem: quia pecuniam non facit accipientis
ideoque vindicari^g nummi possunt, sicut
extāt. Sed si nummi, quos mutuo minor^h
dederit,

dederit,
sumpti
ad exhib
trario,
tutoris a
deoque
ria est de
nō liber
ratione
ad Exfa
Tribon
facri pal
spositur
debitor
cialis se
hoc per
punti
huiusm
Sin aut
ta fuer
pillus, a
candem
ceptione

§ Qu
to, aut v
doli ma
demnat
thorita
tionem

f *Mart.
in ver. lib.*

dederit, ab eo, qui accepit, bona fide consumpti sunt, cōdici possunt: si mala fide, ad exhibendū de his agi potest. § At ex cōtrario, omnes res pupillo & pupillæ sine tutoris autoritate rectè dari possunt. Ideoque si debitor pupillo soluat, necessaria est debitori tutoris autoritas: alioquinō liberabitur. Sed hoc etiā euidentissima ratione statutū est in cōstitutione, quam ad Cæsarienses aduocatos ex suggestione Triboniani viri eminentissimi Quæstoris sacri palatij nostri promulgauim⁹: qua dispositum est, ita licere tutori, vel curatori debitorē pupillare soluere, vt prius iudicialis sentētia sine omni dāno celebrata, hoc permittat. quo subsequuto, si & iudex pronuntiauerit, & debitor soluerit, sequatur huiusmodi solutionē plenissima securitas. Sin autē aliter, quā disposuimus, solutio facta fuerit, pecuniā autem saluā habeat pupillus, aut ex ea locupletior sit, & adhuc eandem pecuniæ summam petat, per exceptionem doli mali poterit submoueri.

§ Quod si malè consumpserit, aut furto, aut vi amiserit, nihil proderit debitori doli mali exceptio, sed nihilō min⁹ condemnabitur: quia temerè sine tutoris autoritate, & non secundū nostrā dispositionem soluerit. Sed ex diuerso, pupilli,

f *Mare. habet. nō pauperior factus, l. 47. de solut. in vlt. lib. I. C.* h *Fac. l. 14. §. vlt. De sol. l. 19. §. Si pup. S. cor. pec.*

a *Cōductio crediti, vel cōditio indebiti, alia est ex numeratione. alia ex cōsumptione. Ex numeratione, si vilis sit numeratio: ex cōsumptione, si inutilis sit numeratio. Et si bona fides sit cōsumptio. I. C. b Ex Paul. l. 15. De solut. fac. l. Contra De pact.*

c *Locus est nō dissimilis in l. 25. De admin. tut. C.*

d *Multa ex ias Iustiniani ad eos aduocatos rescripta. l. 122 de hered. inst. l. vlt. C. de pact. §. Itē verborū. De mut. stip.*

e *Id est, numerare quod debetur. Theoph. not. hoc d. r. i. v. 19. tab. 1. v. 1.*

g *Aut vi, deest pup. S. cor. pec.*

vel pupillæ soluere sine tutoris autoritate nō possunt: quia id, quod soluūt, nō sic accipientis: quū, scilicet, nullius rei alienatio^e eis sine tutoris autoritate cōcessa sit.

a Est autē species alienationis solutio: quia res soluta alienatur. Est igitur argumentū à genere ad speciem ductum. M. V. Ves.



PER QVAS PERSONAS
cuique acquiritur.

TITVLVS IX.

¶ Omne quod acquiritur aut dominium est aut possessio aut obligatio. De acquirendo dominio aut possessione in hoc tit. agitur. De acquirenda obligatione, in tit. Per quas per. nob. oblig. acq. l. Cuiac.

b Ex Caio l. 10. De acq. domini.

c Aristot. 1. Polit. cap. 3.

d Vid. Lucretianam Satyr. 17. in fin. ubi militia premia enumerat.

e Non usufructus aut proprietatis, ut quidam hinc notant: sed profectiui, aut aduentiui: nondum enim erat prodita illa distinctio profectiui & aduentiui. F. Hot.

¶ Acquiritur vobis^b, nō solum per vosmetipsos, sed etiam per eos, quos in potestate habetis^c: item per seruos, in quibus vsufructum habetis: item per homines liberos, & per seruos alienos, quos bona fide possidetis, de quibus singulis diligentius dispiciamus.

§ Igitur liberi vestri vtriusque sexus, quos in potestate habetis, olim quidem, quicquid ad eos peruenerat (exceptis, videlicet, castrensibus pecuniis^d) hoc parentibus suis acquirebant sine vlla distinctione^e: & hoc ita parentum fiebat, vt etiam esset ei licentia, quod per vnum, vel vnam eorum acquisitum esset, alij filio, vel extraneo donare, vel vendere, vel quocunque modo voluerant, applicare.

§ Quod

PER

§ Quod & genere pepercitum rebus est, hoc secutum est, vidia est, etum est, ex alia huius v, rat, do neat: no ra fortu niens, quoque cie, vbi ex rebu sibi ter licetian habeb. emanc accide emanc defrau micip effectu nem d parens tinerē rū, sed

§ Quod nobis inhumanum visum est: & generali constitutione^a emissa, & liberis pepercimus, & parentibus honorem debitum reseruauimus. Sancitum etenim à nobis est, vt si quid ex re^b patris ei obuenerit, hoc secundum antiquam obseruationem totum parenti^c acquiratur. Quæ enim inuidia est, quod ex patris occasione profectum est, hoc ad eū reuertitur. Quod autem ex alia causa sibi filius familiars acquisiuit, huius vsusfructum patri quidem acquirat, dominium autem apud eum remaneat: ne quod ei suis laboribus, vel prospera fortuna accesserit, hoc in alium perueniens, luctuosum ei, procedat. § Hoc quoque à nobis dispositū est, & in ea specie, vbi parens emancipando liberos suos^d, ex rebus, quæ acquisitionem^e effugiebant, sibi tertiam partem retinere (si voluerat) licentiam ex anterioribus cōstitutionibus^f habebat: quasi pro pretio^g quodam modo emancipationis: & inhumanum quiddam accidebat, vt filius rerum suarum ex hac emancipatione dominio pro parte tertia defraudaretur: & quod honoris ei ex emancipatione additum erat, quod sui iuris effectus esset, hoc per rerum deminutionem decresceret. Ideoque statuimus, vt parens pro tertia parte dominij quam retinere poterat, dimidiam non dominij rerū, sed vsusfructus retineat. Ita etenim res

a Extat in l. 6. C. de bon. que lib.

b In fin. habet, ex substantia. d. l. 6.

c Id est, soli dñi & plenè nō deducta proprietate. l. C.

d Liberū suum in sing. legit. Cuius ex suis vet. vt in §. 1. infra de ser. cog.

e Peculius aduētum intelligit Theophil.

f Intellige cōstantini constitutionem. d. l. 6. §. Cum autem. De bo. que lib. Cod.

g Al. premio. vt & in l. 2. C. de bon. mater.

a Ex *Cais d. l.*
10. §. 1. *de acq.*
domi.

b *Et veteranti-*
bus, l. seruus ve-
tate. D. de ver.

c *l. Placet. De*
acq. her. §. In
potestate. De
his, qui sunt
sui. §.

d *Adiò, ut*
precedere de-
beat. l. 25. §. ius
sum. De acq.
hered.

e *Fac. l. 24.*
De acq. poss.

f *Vel. lib. Ter-*
rorum vsuca-
pionem, vel long.
temp. possessio-
nem.

g *id est, ac-*
quiratur. Theo-
phil. sic vsuca-
pio dicitur ad-
ueltio domini. l.
3. De vsucap.
Gell. lib. 7. cap.
10.

h *Ex Cais d.*
l. 19. §. De his
quem explicat
Ulp. l. 11. de seq.
De vsufr.

intactæ apud filium remanebunt, & pater ampliore summa fruetur, pro tertia, dimidia potiturus. § Item vobis^a acquiritur, quod serui vestri ex traditione nanciscuntur, siue quid stipulentur, siue ex donatione, vel ex legato, vel ex qualibet alia causa acquirant. Hoc enim vobis & ignorantibus & inuitis^b obuenerit. Ipse enim seruus, qui in potestate alterius est, nihil suum^c habere pot. Sed si heres institutus sit, non aliàs, nisi vestro iussu^d, hereditatem adire potest. Et si vobis iubentibus adierit, vobis hereditas acquiritur, perinde ac si vos ipsi heredes instituti essetis. Et conuenienter, scilicet, vobis legatum per eos acquiritur. § Non solum autem proprietas per eos, quos in potestate habetis, vobis acquiritur, sed etiam possessio^e. Cuiuscunque enim rei possessionem adepti fuerint, id vos possidere videmini. Vnde etiam per eos vsucapio^f, vel longi temporis possessio vobis accidit. De iis aut seruis, in quib^g tantummodo vsufructum habetis, ita placuit, ut quicquid ex re vestra, vel ex operis suis acquirunt, id vobis adiciatur^g. quod verò extra eas causas consequuti sunt, id ad dominum proprietatis pertineat. Itaque si is seruus heres institutus sit, legatumve quid ei, aut donatum fuerit, non vsufructuario, sed domino proprietatis acquiritur. § Idem^h placet & de eo, qui à vobis bona fi-

de

P E R
de possi
seruus.
rio, idē
§ Itaq
quiritu
est, vel
fidei p
eo mo
per eur
rius^b v
quia n
fruedi
§ Non
uos, i
quos b
perfor
bis ac
mur a
dum d
suimu
vestra
§ Ex
nes, q
tis, ne
lieno
habe
ex ca
quod
acqu
ram
plac

de possidetur: siue is liber sit, siue alienus seruus. Quod enim placuit de usufructuario, idē placet & de bonæ fidei possessore, § Itaq; quod extra istas duas causas^a acquiritur, id vel ad ipsum pertinet, si liber est, vel ad dominū, si seruus est. Sed bonæ fidei possessor, cum v'suceperit seruū (quia eo modo dominus fit) ex omnibus causis per eum sibi acquirere potest. § Fructuarius^b verò v'sucapere non potest: primum, quia non possidet, sed habet ius vtendi fruēdi: deinde, quia scit seruū alienū esse. § Non solum^c autē proprietates per eos seruos, in quibus v'sumfructum habetis, vel quos bona fide possidetis, aut per liberam personam, quæ bona fide vobis seruit, vobis acquiritur: sed etiā possessio. Loquimur autem in v'triusque persona^d secundum distinctionem, quam proximē exposuimus: id est, si quam possessionem ex re vestra, vel ex suis operis adepti fuerint. § Ex his itaque apparet, per liberos homines, quos neque vestro iuri subiectos habetis, neque bona fide possidetis: item per alienos seruos, in quib^e neque v'sumfructū habetis, neque possessionē iustam^e: nulla ex causa vobis acquiri^f posse. Et hoc est, quod dicitur per extraneam personā nihil acquiri posse: excepto eo, quod per liberam personā (veluti per procuratorem^h) placet non solum scientibus, sed & igno-

a Ex re vestra.
sc. & operis eius.

b Fac. l. Neg.
C. De v'sufr.

c Fac. l. 1. §.
Per eum. De
acq. poss.

d In cuius per-
sona & bona fi-
dei possessionem
& v'sumfructū
habemus.

e Id est, bona
fid. i. l. 24. De
acq. poss. sic dic-
tur seruus in-
sta. i. bona fidei.

f Et generaliter
D. de nexa. act.
l. 1. C. hoc
tit. l. 1. C. De
acq. poss.

g Fac. l. 10.
De obli. & act.
l. 38. §. Alteri.
De verb. oblig.

h Fac. l. 42.
§. 1. De acq.
poss.

a l. 1. C. De
acq. poss.

b Vniuersi-
tas hic signifi-
cat corporū &
iurium diuer-
sorū vniuersale
quoddam ius.
Vnde & vni-
uersalia iudi-
cia dicta, l. 1.
D. de Rei v. d.
c Quatuor
modis res vni-
uerse acquirū-
tur hereditate,
e. honorum pos-
sessione, arro-
gatione, & li-
bertatum con-
seruandarum
caussa additio-
ne, F. Hotom.
d Hereditatis
alix à testato,
alix ab into-
stato deservitur,
l. 1. C. de hered.
petit.

rātibus vobis acquiri possessionem, secū-
dum diui Seueri constitutionem ^a, & per
hanc possessionem etiam dominiū, si do-
minus fuerit, qui tradidit, vel vsucapionē,
aut longi temporis prescriptionem, si do-
minus nō sit. § Hactenus tātis per admo-
nuisse sufficiat, quē admodum singulæ res
vobis acquirantur, nam legatorū ius, quo
& ipso singulæ res vobis acquirūtur: item
fideicommissorum, vbi singulæ res vobis
relinquuntur: opportuniū inferiore loco
referemus. § Videamus itaque nunc, quib-
us modis per vniuersitatem ^b res vobis
acquirantur. Si cui ergo heredes facti fi-
tis ^c, siue cuius bonorū possessionem pe-
tieritis, vel si quem abrogaueritis, vel si
cuius bona libertatū conseruandarū caus-
sa vobis addicta fuerint, eius res omnes
ad vos trāeunt. Ac priū de hereditatib³
dispiciamus, quarum duplex cōditio ^d est,
nam vel ex testamento, vel ab intestato ad
vos pertinent. Et priū est, vt de his dispi-
ciamus, quæ ex testamento vobis obue-
niunt, qua in re necessarium est, initium
de ordinandis testamentis exponere.

DE TESTAMENTIS ordinandis.

TITVLVS X.

¶ Quid Testam. & qualia illa fuerint que ex In-

*Comptarios appellat l. 1. ep. 2. Gl. 12. re Cin.
tabulas testamentarias.*

re Ciu. calatis comitiis; in Procinctu: ac per
as & libram: Ex Praetorio, per testium sub-
scriptionem fiebant.

Testamentum ^a ex eo appellatur,
quod testatio mentis sic ^b. Sed vt
nihil antiquitatis ^c penitus igno-
retur, sciendum est, olim quidē duo genera
testamentorum in vsu fuisse: quorū altero
in pace & otio vtebantur, quod calatis co-
mitiis ^d appellabāt: altero, cum in praelium
exituri essent, quod procinctum ^e diceba-
tur. Accessit deinde tertium genus testa-
mentorum, quod dicebatur per as ^f & li-
bram, scilicet, quod per emācipationem ^g,
id est, imaginariam quandam vēditionem
agebatur, quinque testibus, & libripende,
ciuibus Romanis puberibus praesentibus,
& eo, qui familia ^h emptor dicebatur. § Sed
illa quidem priora duo genera testamen-
torum, ex veteribus temporibus in desue-
tudinem abierunt, quod verò per as & li-
bram fiebat, licet diutius permanserit, at-
tamen partim & hoc in vsu esse desit. Sed
praedicta quidem nomina testamētorum
ad Ius ciuile ⁱ referebantur, postea verò ex

*Eniacine legendum putat. In procinctu. f Cic. 2. De legib. & in
Top. vbi Boet. Anto. August. Emend. lib. 2. cap. 8. Plutarch. De ser-
uam. vint. g Emancipare pro vendere vsu pat. T. Laut. in Curcul.
& Cic. 3. Philip. h Id est. hereditariu. sic prudentes vocant familia
heresi. iudicium. ff. Fam. herc. vide Suet. D. Domitio Nerosi aus
familia emptore. cap. 4 i Ius ciuile nunc dicimus non quod cum
gentium, sed quod cum Praetorio comparatur.*

^a Theoph. ma-
nult etymolo-
giam esse, quam
definitionē. Val-
la libr. 6. cap.
37. notat. Cōna.
lib. 9. cap. 1. de-
fendit. vide Gel.
lib. 6. cap. 12. &
Ulp. in frag. tit.
20.

^b Quid testam-
entum sit. do-
ctes Modest. l. 1.
De testam.

^c Antiqui-
tatu amatores
laudat Iustini-
anus, Nouell.
30. in prin.

^d Conuocato per
praconem popu-
lo. Gruch. De
comit. Sigo. De
anti. l. xi. ci. Ro.
lib. 1. cap. 2. &
17.

^e Vid. Plutar-
in vita Coriola-
ni. Fest. libr. 5.

^f Cic. 2. De legib. & in
Top. vbi Boet. Anto. August. Emend. lib. 2. cap. 8. Plutarch. De ser-
uam. vint. g Emancipare pro vendere vsu pat. T. Laut. in Curcul.
& Cic. 3. Philip. h Id est. hereditariu. sic prudentes vocant familia
heresi. iudicium. ff. Fam. herc. vide Suet. D. Domitio Nerosi aus
familia emptore. cap. 4 i Ius ciuile nunc dicimus non quod cum
gentium, sed quod cum Praetorio comparatur.

2 Nam duos
addidit numero
civili quinque
testium: in vicem
videlicet p̄de-
ratoris, & em-
ptoris familia.

b Sed tantum
presentia ut s.
item rogatio, l.
heredes. 21. §.

pen. & ut sp̄t̄e
at sint, l. qui tes-
tamento, 20. §.

ult. ac vsq; ad
supremam cō-
testationem ma-
neant, d. l. qui
testamento, §.

ult. Vid. P. Ves.
c. Vlp. habet,
rogatis & col-
lectis. l. 21. §.

pen. illo tit.
d. Id est, ut in-
terpretatur Ul-
pian. ut nullus
alienus alicuius te-

stamento inter-
misceatur. d. l.
21. §. ult. Qui
testa fac. poss.

c Fac. l. iube-
mus. C. de test.
ut si possit testa-
tor, heredum no-

men adscribat: quod postea remisit Iustin. Novel. 119 §. Quia veri-

edicto Prætoris forma alia faciendorum
testamentorum introducta est: iure ete-
nim honorario nulla mancipatio deside-
rabatur, sed septem^a testium signa suffi-
ciebant, cum iure civili signa testium non
essent necessaria^b.

¶ Testamenti in scriptis solemnitate, partim iuri
civili, partim sacris constitutionibus & præ-
toris iure nititur.

Sed cum paulatim tam ex usu hominū,
quàm ex cōstitutionum emendationibus,
cœpit in vnam consonantiam ius civile
& prætorium iungi: constitutum est, ut v-

no eodēque tempore (quod ius civile
quodammodo exigebat) septem testibus
adhibitis^c, & subscriptione testium (quod

ex constitutionibus inuentum est, & ex e-
dicto Prætoris) signacula testamentis im-
ponerentur: ita, ut hoc ius tripartitum esse
videatur, & testes quidem & eorum præ-

sentia vno cōtextu^d testamenti celebra-
di gratia, à iure civili descendant: subscri-
ptiones autem testatoris & testium, ex sa-
crarum constitutionū obseruatione adhi-

beantur: signacula autem, & testium nume-
rus, ex edicto Prætoris. § Sed his omnibus
à nostra constitutione propter testamen-
torum sinceritatem, ut nulla fraus adhi-
beatur, hoc additum est, ut per manus te-
statoris, vel testium, nomen hæredis expri-

tor, heredum nomen adscribat: quod postea remisit Iustin. Novel. 119 §. Quia veri-

matu,

matu
tion
omn
ment
sculp
niam
nulo

¶

§

quib
muli

furio

que i

quos

leiqu

adhi

stam

exist

ruit,

poste

pferu

testa

ut op

pore,

conle

que c

stion

qui i

tres,

vtiqu

postu

matur, & omnia secundum illius constitutionis tenorem procedant. Possunt autem omnes testes, & vno anulo signare testamentum, quid enim si septem anuli vna sculptura fuerint, secundum quod Papiniano visum est? Sed & alieno quoque anulo licet signare testamentum.

¶ Qui testes in Testamento adhibeantur.

§ Testes autem adhiberi possunt ij, cum quibus testamenti factio est. Sed neque mulier, neque impubes, neque seruus, neque furiosus, neque mutus, neque surdus, neque is, cui bonis interdictum est, neque ij, quos leges iubent improbos, intestabilesque esse, possunt in numerum testium adhiberi. § Sed cum aliquis ex testibus testamenti quidem faciendi tempore liber existimabatur, postea autem seruus apparuit, tam diuus Hadrianus Catoni, quam postea diui Severus & Antoninus rescripserunt subuenire se ex sua liberalitate testamento, ut sic habeatur firmum, ac si, ut oportebat, factum esset, cum eo tempore, quo testamentum signaretur, omnium consensu hic testis liberi loco fuerit, neque quisquam esset, qui status ei quaestionem moueret. § Pater, nec non is, qui in potestate eius est, item duo fratres, qui in eiusdem patris potestate sunt, vique testes in vno testamento fieri possunt: quia nihil nocet, ex vna domo

a Καταρτήξ
vocat Ulp. d. l.
22. §. signū. Plin.
10. Epist. apo-
strophragisima. Pro
Papiniano,
Theophyl. legix
Pomponio: & sic
habent vetustū
libri ex l. C.

b Reperit ex
l. 7. & seq. Qui
test. fac.

c Qui nihil o-
mnino audit,
nec loquitur. l.
11. §. vt. de obli.

d Nec etiam
caecus, qui testa-
torem agnoscere
non potest fac. l.

9. C. De testa.
e Fac. l. 26. &
l. 18. ibid.

f Theoph. vo-
cat Κατάρτηξ
ἐπὶ, & certū me-
lius.

g Fac. rescri-
ptū Imp. Adri-
t. i. C. iud. vide
l. 2. De offic.
Pret.

h Ex Ulp. l. i. v.
De testibus. cui
coniugel. 22. in
princ. De testa.

a *Fac. l. 22 §.*

Per cōtrarium.

ill. tit. Obstat

vehemēter Vlp.

l. 20 §. Per cō-

trariū. De test.

vid. Paul. lib. 3.

Sent. cap. 4.

b *Frater. f. re-*

statoris nōdum

emancipatus.

c *Fac. pen. De*

test. l. 2. C. eod.

Sic enim appel-

latur, quod à

cōsanguineis &

familia dicitur

Erasim. in Prou.

Domesticus te-

stis. Cicero pro

Rosc. l. Nul-

lus. De test.

d *Creditur,*

pro notū ac per-

spiciū est. Ho-

die, sublat a vi-

delicet familie

mancipatione.

I. C.

e *Scorsim in*

tabulis scripto.

Cic. pro Milon.

Testamentū si-

mul obsequari

eum Clodio, in

quo & illum & me heredem scripserat.

De secund. imp. in legem conuersa est. I. C.

plures testes alieno negotio adhiberi.

§ In testibus autem nō debet esse is, qui in potestate testatoris est. Sed si filius familiās^a de castrensi peculio post missionem faciat testamentum: nec pater eius rectē adhibetur testis, nec is, qui in potestate eiusdem^b patris est, reprobātū est enim in ea re domesticum^c testimonium. Sed neque hæres scriptus, neque is, qui in potestate eius est, neque pater eius, qui eum habet in potestate, neque fratres, qui in eiusdem patris potestate sunt, testes adhiberi possunt, quia hoc totum negotium, quod agitur testamenti ordinandi gratia, creditur^d hodie inter testatorem & hæredem agi.

§ Licet autem totū ius tale conturbatū fuerat, & veteres quidem familia emptorem, & eos, qui per potestatem ei coniuncti fuerant, à testamentariis testimoniis repellebant: hæredi^e autem, & iis, qui per potestatem ei coniuncti fuerant, concedebant testimonia in testamentis præstare: licet ij, qui id permittebant, hoc iure minimè abuti eos debere suadebant: tamen nos eandem obseruationem corrigentes, & quod ab illis suatum^f est, in legis necessitatem trāsferentes, ad imitationem pristini familia emptoris, meritò nec he-

f. Sic sua sol. 2. C. Thi.

De secund. imp. in legem conuersa est. I. C.

redi,

redi, qu

emptor

quæ ei (

centia

testimo

di veter

inferi pe

& fidei

cessores

ctis test

quadam

cialiter

iis, qui

eos habet

tiam da

testame

membra

§ Se

codicib

dum ob

omnibu

cessariu

secum f

rum su

propter

humani

§ Sed

scriptis

autem f

redi, qui imaginem vetustissimi familiæ emptoris obtinet, neque aliis personis, quæ ei (vt dictum est) coniunctæ^a sunt, licentiam concedimus, sibi quodammodo testimonia præstare. ideòque nec eiusmodi veteres constitutiones nostro Codici inferi permisimus. § Legatariis^b autem & fideicommissariis, quia non iuris successores sunt, & aliis personis eis coniunctis testimonium non denegamus: imò in quadam nostra constitutione^c & hoc specialiter eis concessimus. Et multò magis iis, qui in eorum potestate sunt, vel qui eos habent in potestate, huiusmodi licentiam damus. § Nihil autem interest, testamentum in tabulis, an in chartis^d, membranisque, vel in alia materia fiat.

§ Sed & vnum testamentum pluribus codicibus^e conficere quis potest, secundum obtinentem tamen obseruationem^f omnibus factis. quod interdum etiam necessarium est. veluti si quis nauigaturus & secum ferre, & domi relinquere iudiciorum suorum contestationem velit, vel propter alias innumerabiles causas, quæ humanis necessitatibus imminet.

¶ De nuncupatio testimonio.

§ Sed hæc quidem de testamentis, quæ scriptis & conficiuntur, sufficiunt. si quis autem sine scriptis voluerit ordinare iure
i. j.

^a Fac. l. Nul-
lus. De testib.

^b Fac. d. l. 22.

in princ. De te-

sta. l. Si quis i-

ta. De reb. dub.

Plin. li. 2. epist.

ad Calujsium.

^c l. Dicantibus. §. ult. C.

ead.

^d De vario

scribendis veterum

usu. Plin.

lib. 13. cap. 12.

Alex. Neapol.

lib. 2. Gm. dier.

cap. 30.

^e Florent. habet,

exēplis. d. l.

24. & Theoph.

πρὸς τὸν δία-

δικόν ἰστέτυτα

& vt eandem,

scilicet, habeat

subscriptionē &

signum codices.

^f Alterū te-

stamentū scri-

pto constat, te-

stibus alterum:

unde haves scri-

ptus à nuncu-

pato distingui-

tur. l. Si ita. De

bon. poss. sec. tab.

^a Nuncupata
*voluntas, quae non
 scripta, sed ver-
 bo est comprehensa.
 l. Si ita §. ult.
 De bon. poss. sed.
 tab. Bn. hic.*

^b Ex tit. De
 testam. milit. ff.
^c Id privilegium
 prius concessit
 Iul. Caesar. Ulp.
 l. 1. hic.

^d Arma potius,
 quam iura mi-
 litis nouit. l. 2.
 C. de iur. delib.

Mores rusti-
 ci, mulieres non
 excusantur. &
 prudentiores pos-
 sint consulere. l.
 2. §. ult. Quis
 ord. in bo. poss. l.

10. De bon. poss.
 e. l. 1. ff. eod.

^f Extat l. pen.
 hoc tit. Cod.

^g Sine in cly-
 peo, siue vagina,
 siue puluere scri-
 pta sit. l. 15. C.
 eod.

^h Leg. Sedi-
 bus: ut in l. ult.
 C. de test. milit.
 Statina Latini
 vocant.

ciuili testamentum, septem testibus ad-
 hibitis, & sua voluntate coram eis nuncupata ^a, sciat hoc perfectissimum testa-
 mentum iure ciuili, firmumque consti-
 tutum.



DE MILITARI TESTA-

mento ^b.

TITVLVS XI.

*Remittit militibus necessariam in testame-
 ntis obseruationem.*

SUpra dicta diligēs obseruatio in
 ordinādis testamētis, militibus
 propter nimiam impericiam ^c eor-
 um, constitutionibus ^e Principalibus re-
 missa est. Nam quanuis ij neque legitimū
 numerum testium adhibuerint, neque al-
 liam testamentorum solennitatem obser-
 uauerint, rectē nihilominus testantur, vi-
 delicet cū in expeditionibus occupati
 sunt, quod merito nostra cōstitutio intro-
 duxit. Quoquo enim modo ^b voluntas eius
 suprema inueniatur, siue scripta, siue sine
 scriptura, valet testamentum ex voluntate
 eius. § Illis autem temporibus, per quae ci-
 tra expeditionū necessitatē in aliis locis,
 vel suis aedibus ^b degunt, minimē ad vindic-
 andū tale priuilegium adiuuātur. Sed te-
 stari

D
 stari qu
 pter mi
 commu
 rum te
 mētis p

¶ Intra
 de
 § Pl
 Traian
 priuileg
 vt quoq
 rata fini
 constar
 quod &
 bus qu
 cuius be
 ad hoc
 testare
 quem v
 tatem t
 hoc mo
 ta habe
 sermon
 heredē
 nō opo
 Nec vll
 rum, qu
 iuimod
 non dif
 tis teste
 disse di

stari quidem, et si filij familiarum sint, propter militiam ^a conceduntur: iure tamen communi ^b eadem obseruatione & in eorum testamētis adhibenda, quam in testamētis paganorum ^c proximē exposuimus.

¶ Interpretatio horum verborum, quoquo modo facta, &c.

§ Planē de testamentis militum diuus Traianus Catilio Seuero ita rescripsit ^d. Id priuilegium, quod militatibus datum est, vt quoquo modo facta ab his testamenta, rata sint, sic intelligi debet, vt utique prius constare debeat, testamentum factū esse: quod & sine scriptura, & a non militantibus quoque fieri potest. Si ergo miles, de cuius bonis apud te quæritur, conuocatis ad hoc hominibus, vt voluntatem suam testaretur, ita loquutus est, vt declararet, quem vellet sibi heredem esse, & cui libertatem tribueret: potest videri sine scripto hoc modo esse testatus, & volūtas eius rata habenda est. Cæterum si (vt plerunque sermonibus fieri solet) dixit alicui, Ego te heredē facio, aut, Bona mea tibi relinquo: nō oportet hoc pro testamēto obseruari. Nec vllorum magis interest, quam ipsorum, quibus id priuilegium datum est, eiusmodi exemplum non admitti. alioqui non difficulter post mortem alicuius militis testes ^e existerent, qui adfirmarēt se audisse dicētem aliquem, relinquere se bona,

i. ij.

a Inueniatur. vlt. Solis prætere a testandi militibus inuisiuis patre datur. quod de castrensium peculia intellige, vt titul. seq. in princ.

b Vbi. sc. desinent expeditionibus occupari.

c Paganus milites opponitur. l. 36. §. 1. h. c.

d l. 24. cod. Refertur à Florentino, unde descriptum est rescriptum.

e Cuiusmodi Suet. in Domit. cap. 12. Cōsuebantur, inquit, alienissima hereditates vel existeret vno qui diceret, audisse se ex defuncto quā viueret, heredem sibi Casarem esse.

cum visum sit: & per hoc vera iudicia subuerterentur. Quinimò & mutus, & surdus miles testamentum facere potest ^e.

§ Sed hactenus hoc illis à Principibus constitutionibus cōceditur, quatenus militant, & in castris degunt. Post missiōnem^b verò veterani, vel extra castra alij, faciant adhuc militantes testamentum communi omnium ciuium Romanorum iure id facere debent ^e. Et quod in castris fecerint testamentum, non cōmuni iure, sed quomodo voluerint: post missiōnem intra annum tantum valebit. Quid ergo intra annum quis decefferit, conditio autem heredi adscripta, post annum exierit? an quasi militis testamentum valeat? Et placet valere quasi militis ^f.

¶ De testamento ante militiam factō.

§ Sed & si quis ante militiam non iure fecit testamentum, & miles factus, & expeditione degēs resignauit illud, & quendam adiecit, siue detraxit, vel aliās manifesta est militis volūtas hoc valere volentis: dicendum est valere hoc testamentum quasi ex noua militis voluntate. Denique & si in adrogationem datus fuerit miles, vel filiusfamiliās emancipatus est, testamentum eius quasi ex noua militis voluntate valet: nec videtur capitis deminutione irritum fieri. § Sciendum tamen est, quid cum ad exemplum castrensis peculij, tan-

a Idē etiam iure militari, quod proprie est huius loci. l. 4. D. eod.

b Honestā nimirum, nō ignominia cūssa factam. l. 26. hīc. c Ex Iustin. constitutione. l. pen. C. eod.

d Nam ita factum semper valet quod mutetur.

e Iure militari. l. 1. eod.

f l. Nam conditio exiēs retro trahitur. vid. hīc gl.

g Cum esset adhuc paganus. & nōdum militie nomen dedisset, nec in numeros esset relatus. l. 9. l. 20. §. 1. hīc.

h Ex Mart. l. 22. & Tertul. l. 29. hīc.

Q. N. O. anteriori tutione derant. missiōnibus te extendi. cemodi commu. peripēe. prafatu.



QVI

¶ Fili castrensem cap.



menti f. dem, v. hilo m. iis, quo.

nati iuri adoptiu. statum, g. culum c.

anteriori

iudicia sub-
us, & furdus
test.

Principali-
or, quatenus
Post misero-
Castris alij, i
tamentum
omanonum
od in castri-
muni iure
missionem
Quid ergo
onditio au-
num extrin-
tum valeat

f.
o falli.
am non lo-
factus, & in
clud, & qua-
alias man-
alere voles
estamentum
re. Denique
fuerit miles
est, testame-
is voluntas
anuntione re-
en est, quod
peculij, tan-
antero-

anteriores^a leges, quam principales consti-
tutiones^b quibusdam^c quasi castrensia^d de-
derant peculia, & horum quibusdam per-
missum fuerat etiam in potestate degen-
tibus testari: nostra id constitutio^e latius
extendens, permisit omnibus in huius-
cemodi peculij testari quidem, sed iure
communi. Cuius constitutionis tenore
perspecto, licetia est, nihil eorum, quæ ad
præfatum ius pertinent, ignorare.



QVIBVS NON EST PER-
missum facere testamentum.

TITVLVS XII.

¶ *Filij famil. præter hos, qui castrense vel quasi
castr. peculium habent impuberibus: furiosis
tempore furoris: surdis & mutis: cæcis:
captis ab hostibus testari non licet.*

NON tamen & omnibus licet facere
testamentum. Statim enim ij, qui
alieno iuri subiecti sunt, testa-
menti faciendi ius non habent^b: a deo qui-
dem, ut quævis parètes eis permiserint, ni-
hilo magis iure testari possintⁱ: exceptis
iis, quos antea enumerauim^g, & præcipue

nati iuris sit, non publici, ut testari l. 3. hinc. i. Siue naturales siue
adoptiui sint. d. l. 6. Quæ prohibitio facta est ob sui conditionem &
statum, qui sui iuris non est: ad quem respexit legislator. k. Qui pec-
culium castrense habent, vel quasi, l. scimus. l. ult. C. De inoff. test.

i. iij.

a Cum ait le-
ges. Pandictas
intelligit l. i. §.
nec castrens. De
collat. bon. cum
Constitutio-
nes, Codicem.

b l. Velut. De
Assess. Cod.

c De Procijsu-
libus, Præfatis
legionum, & c.

d Uide Accurs.
hic, & Theoph.

e Peculij quasi
castrensi memi-
nu Ulp. l. i. §.

f Hoc autem. Ad
Trib. l. i. §. Nec
castrense. De
col.

g l. ult. C. De
inoff. test. No-
uell. 123.

h Caius lib. 2.
Instir. rit. 2.

i Ex Cuius l. 6.
Qui testa. fac.
Poff.

k Donare ta-
mè possit. l. 25.
De donat. caus.
mor. Quia pri-
uati iuris sit, non publici, ut testari l. 3. hinc.

l Siue naturales siue
adoptiui sint. d. l. 6.

m Quæ prohibitio facta est ob sui conditionem &
statum, qui sui iuris non est: ad quem respexit legislator.

n Qui pec-
culium castrense habent, vel quasi, l. scimus. l. ult. C. De inoff. test.

a Nam in eo patresfam. sunt l. 3. ad S. C. Maced.

b Plin. in Pa- negr. Augusti felicitas, Traiani bonitas prædicatur.

c Subscriptionem rescriptum Principis vocat. l. Si quis. Ad leg. Cor de fal. l. 1. Cod. Quo. & quan. iud.

d Patria potestatis, scilicet, e Ulp. habet. præcipuum esse oportere. l. 1. §. Nec castrense. De col. aliud de profectitio. l. Certum. Cod. Fam. herc.

f Sed quid de aliis peculii? l. pen. C. qui test. fac. poss. statuit non esse filii. fa. nullam testandi facultatē. Quia in re lapsus est Theophil. G.

militibus qui in potestate parentum sunt, quibus de eo quod in castris acquisierit permissum est ex constitutionibus Principum testamentum facere. Quod quidem ius ab initio tantum militantibus datum est, tam ex auctoritate diui Augusti quam Neruæ, nec non optimi Imperatoris Traiani: postea vero subscriptione dimidriani, etiam dimissis à militia, id est, veteranis concessum est. § Itaque si quidem fecerint de castris peculio testamentum, pertinebit hoc ad eum, quem heredem reliquerunt. Si vero intestati decesserint, nullis liberis, vel fratribus superstitibus, et parentes eorum iure communi pertinebit. Ex hoc intelligere possumus, quod in castris acquisierit miles, qui in potestate patris est, neque ipsum patrem adimere potest, neque patris creditores id vendere, neque aliter inquietare, neque patre mortuo et fratribus commune esse: sed, scilicet, præcipuum eius esse, qui id in castris acquisierit: quanquam iure civili omnium, qui in potestate parentum sunt, peculia perinde in bonis parentum computentur, ac leviorum peculia in bonis dominorum numerantur: exceptis, videlicet, iis, quæ ex veteris constitutionibus, & præcipue nostris, propter diuersas causas non acquiritur. § Præter hos igitur, qui castris se peculium, vel quasi castrense habent,

quis a
rit, int
dece
re no
rum a
ment
bes, p
pos m
riofa
stamē
Iure t
ante
Nam
neque
post
prodi
strati
non p
inter
tum
per t
auter
non e
& m
pote
etiam
sibus
amit
his s
cūdu
facer

quis alius filius familiâs testamentum fecerit, inutile est, licet suæ potestatis factus decesserit. § Præterea * testamentum facere non possunt impuberes: quia nullum eorum animi iudicium est. Item furiosi: quia mente carent nec ad rem pertinet, si impubes, postea pubes: aut furiosus, postea compos mentis factus fuerit, & decesserit. § Furiosi autem, si per id tempus fecerint^b testamentum, quo furor eorum intermissus est, iure testari esse videntur: certe eo, quod ante furorē fecerint, testamento valente. Nam neque testamentum recte factum, neque vllum aliud negotium recte gestum, postea furor interveniens perimit. § Item^c prodigus, cui bonorum suorum administratio interdicta est, testamentum facere non potest: sed id, quod ante fecerit, quam interdicto bonorum suorum ei fiat, ratum est. Item surdus & mutus^d non semper testamentum facere possunt. Vtique autem de eo surdo loquimur, qui omnino non exaudit, non qui tardè exaudit. nam & mutus^e is intelligitur, qui eloqui nihil potest, non qui tardè loquitur. Sæpe enim etiam literati & eruditi homines variis casibus & audiendi & loquendi facultatem amittunt. Vnde nostra constitutio^f etiam his subuenit, ut certis casibus & modis secundum normam eius possint testari, aliisque facere, quæ eis permixta sunt. Sed si quis

i.iiiij.

a Hunc § & seq. ripete ex tit. De test. ff. l. 5. & l. seq. & Cod. eod. Paul. lib. Sent. 3. c. 4.

b Hoc est, perfecerint antequam furor interueniat, l. furiosum. §. 1. C. eod. §.

c Ex Ulp. l. 18 ill. tit.

d Neque enim tum ubi scribere nescit.

e Quis mutus vere dicatur, docet Ulp. l. Mutum. De Adil. edit. f Vet. Cod. Sæpe autem. g l. Discretus. C. Qui testari fac poss.

a Extat in l.
Hac consultiss.
Cod. Qui testa.
fac. poss.

b Vide §. Sed
primus. De do-
nat. 5.

c Ex Cajo l 8.
Qui testa. fac.
poss.

d Propter fi-
sionem legis
Cornelia. l. Si
u. De Usucap.

e Cui. De in-
stitutione & ex-
heredatione lib.
Vid li. 2. Insti.

Caj. tit. 3. Pra-
cipua est in cō-
dēdo testamen-
to, liberorum in-
stitutio, vel ex-
hereditatio. l. 10.

De lib & postli.
her. inst.

f Testamētum
ideo nullum est,
quia verisimile
sit omisissum obli-
ui. ne filiū, pro-
pt r naturalem
patris amorem.
Apuleius in 2.
Apolog.

post testamentum factum, aduersa vale-
tudine, aut quolibet alio casu mutus, aut
surdus esse cœperit, ratum nihilominus
manet eius testamentum. § Cæcus au-
tem non potest facere testamentum, nisi
per obseruationem, quam lex^a diui Iustini
patris^b nostri introduxit. Eius^c, qui apud
hostes est, testamentum, quod ibi fecit, non
valet, quanuis redierit. sed quod, dum in
ciuitate fuerat, fecit: siue redierit, valet iu-
re postliminij: siue illic decesserit, valet et
lege Cornelia^d.

DE EXHEREDATIONE liberorum^e.

TITVLVS XIII.

¶ Præteritio filijfam. vitiat testamentum: Olim
& filia & natus ex filio præteriti non rum-
pebant testa.

Non tamen, vt omnino valeat te-
stamentum, sufficit hæc obser-
uatio, quam supra exposuimus,
sed qui filium in potestate habet, curare
debet, vt eū hæredem instituat, vel exhe-
redem eum nominatim faciat. alioqui si
cum silentio præterierit, inutiliter testabi-
tur^f: adeo quidem, vt si viuo patre filius
mortuus sit, nemo heres ex eo testamento
existere

existere possit: quia, scilicet, ab initio non constiterit testamentum. § Sed non ita de filiabus⁴, & aliis per virilem sexum descendentibus liberis vtriusque sexus antiquitati⁵ fuerat obseruatum: sed si non fuerant scripti heredes, scriptæve, vel exheredati, exheredatæve, testamentum quidem non infirmabatur, ius tamen ad crescendi eis ad certam portionem præstabatur. sed nec nominatim eas personas exheredare parentibus necesse erat, sed licebat inter cæteros⁶ hoc facere. § Nominatim⁷ autem quis exheredari videtur, siue ita exheredetur, Titius filius meus exheres esto: siue ita, Filius meus exheres esto, non adiecto proprio nomine, scilicet, si alius filius⁸ non extet.

¶ De exheredatione posthumorum.

§ Posthumi quoque liberi, vel heredes institui debent, vel exheredari. Et in eo par omnium conditio est, quod & filio posthumo, & quolibet ex cæteris liberis, siue fœminini sexus, siue masculini, præterito, valet quidem testamentum, sed postea adgnatione posthumi, siue posthumæ rumpitur, & ea ratione totum infirmatur. Ideoque si mulier, ex qua posthumus, aut posthuma sperabatur, abortum⁹ fecerit: nihil impedimento est scriptis heredibus ad hereditatem ad eundam. Sed fœminini quidem sexus personæ¹⁰, vel nominatim,

a Caius 2. Inst. tit. 3. hunc locum interpretatur, & Ulp. in frag. tit. 21. Paulus, Sent. lib. 3. cap. De testam.

b Media interpretatur non xxij. tab. §. sed h. ec. §. leg. 1. ult. C. de lib. prat.

c Hoc modo Titius mihi heres esto, ceteri exheredes sunt, ἀποκλησθε. Theophr.

d Hic §. ex tribus, Ulp. locum cõsumus est, l. 1. 2. & 3. De lib. & posth. hered. instit.

e Ulp. habet, Si modo vnicus sit, l. 2. ill. tit.

f Fac l. 2. C. De post. hered. inst.

g Theoph. habet, posthuma. Vide Ulp. in frag. tit. 21.

a Ut hoc tantillum legatum omnem obliuionis suspitionem tollat.

in Atto

b Ex Cais. l. 13. De iust. rup. er. testa. sic. l. Gallus. De lib. & posth. & ibid. Duar. 2. Diff. cap. 38. & Lal. Taurel.

c Hinc de adgnatione locum postea explicat Instin. §. Sed ut nepos. De hered. qual. & diff. §. Ita denum. De hered. qua ab intest. def.

d Patricia fortè dignitate. §. Filius. Quib. mod. ius patr. potest. sol.

e Secundo scilicet, capite. d. l. Gallus.

vel inter ceteros exheredari solebāt: dum tamen, si inter ceteros exheredarentur, aliquid eis legaretur^a, ne viderentur præteritæ esse per obliuionem. § Malculos vero posthumos, id est, filios, & deinceps, placuit non aliter rectè exheredari, nisi nominatim exheredarentur, hoc scilicet modo, Quicūque mihi filius genitus fuerit, exheres esto. § Posthumorum^b autem loco sunt & hi, qui in sui heredis locum succedendo, quasi adgnascendo sunt parentibus sui heredes, vt ecce, si quis filium, & ex eo nepotem, neptemve in potestate habeat: quia filius gradu præcedit, is solus iura sui heredis habet, quāuis nepos^c quoque, & neptis ex eo in eadem potestate sint. Sed si filius eius viuo eomoriatur, aut qualibet alia ratione exeat^d de potestate eius, incipit nepos, neptisve in eius locum succedere, & eo modo iura suorum heredum quasi adgnatione nanciscitur. Ne ergo eo modo rumpatur eius testamentum, sicut ipsum filium, vel heredem instituere, vel nominatim exheredare debet testator, ne non iure faciat testamentum: ita & nepotem, neptemve ex filio necesse est ei, vel heredem instituere, vel exheredare: ne fortè eo viuo filio mortuo, succedendo in locum eius nepos, neptisve, quasi adgnatione rumpat testamentum. Idque lege Iulia Velleia^e prouisum

uifum est: in qua similis exheredationis
modus ad similitudinem posthumorum
demonstratur.

¶ De exheredatione emancipatorum.

§ Emancipatos ^a liberos iure ciuili, ne-
que heredes instituere, neque exheredare
necesse est: quia non sunt sui heredes. Sed
prætor omnes, tam fœminini sexus, quàm
mascullini, si heredes non instituuntur, ex-
heredari iubet: virilis sexus, nominatim:
fœminini verò inter ^b ceteros: quia si ne-
que heredes instituti fuerint, neque ita (vt
diximus) exheredati, permittit ^c eis Præ-
tor contra tabulas testamenti bonorum
possessionem.

¶ Adoptiuorum.

§ Adoptiui liberi quandiu sunt in po-
testate patris adoptiui, eiusdem iuris ha-
bentur, cuius sunt iustis nuptiis quæsitii.
itaque heredes instituendi, vel exheredan-
di ^d sunt, secū dum ea, quæ de naturalibus ^e
exposuimus ^f. Emancipati ^g verò à patre
adoptiuo, neque iure ciuili, neque eo iure,
quod ad edictum Prætoris attinet, inter
liberos connumerantur. Qua ratione ac-
cidit, vt ex diuerso (quod ad naturalem pa-
rentem attinet) quandiu quidem sunt in
adoptiua familia, extraneorum numero
habeantur, vt eos neque heredes instituere,
neque exheredare necesse sit. Cum ve-
rò emancipati fuerint ab adoptiuo patre,

a Vid. §. Emā
cipati. De he-
red. que ab in-
testat. def.

b R. c. d. Ut.
& inec. q. d.
vel nominatim,
vel inter ceteros.
l. C. uac.

c Legendum,
promittit.

Paul. l. 6. De
bon. poss. habet
policeatur. §
l. 4. De bon. poss.
con. tab.

d Cum enim
sui ac filij fa. ius
dignitate q. ob-
tineat, vel pte
ritio testamētō

rumpt. l. 1. De
con. tab. Hst.

e Id est, ex in-
suo matrimonio
procreatis. Hi

cum natura-

les collatione a-

adoptiuorum vo-

cantur. §. 1. & 2.
f Adoptiui
scilicet.

tunc incipiant in ea causa esse, in qua futuri essent, si à naturali patre emancipati fuissent ^a.

a l. 4. Si tab. testam. ex tab. hoc est, ut habeat beneficium Prætorum contra

tab. VVes. b Est in l. 4. C. de lib. prætor. Fœminis enim semper impensæ sunt. Insti. tit.

Quib. n. lic. vel. l. 14. C. De legit. hered.

c l. 14. C. de leg. h. er.

d In dandis bonorum poss.

e Nam qui linea materna descendit possunt præteriri. §. vli. h. i.

f Est in l. pen. C. De adopt.

g Fac. l. Qui Iure De milit. testa.

¶ Quid emendatum sit in superiore personarum exheredatione.

§ Sed hæc quidem vetustas introducebat. nostra verò constitutio ^b inter masculos, & fœminas, in hoc iure nihil interesse existimans: quia utraque persona in hominum procreatione simili naturæ officio fungitur, & lege antiqua duodecim tabularum ^c omnes similiter ad successionem ab intestato vocabantur, quod & Prætores ^d postea sequuti esse videntur: ideo simplex ac simile Ius, & in filiis, & in filiabus, & in cæteris descendantibus per virilem sexum ^e personis, non solum iam natis, sed etiam posthumis, introduxit: ut omnes siue sui, siue emancipati sint, vel heredes instituuntur, vel nominatim exheredentur: & eundem habeant effectum circa testamenta parentum suorum infirmamanda, & hereditatem auferendam, quem filij sui, vel emancipati habent, siue iam nati sint, siue adhuc in utero constituti, postea nati sint. § Circa adoptiuos autem filios certam induximus diuisionem, quæ in nostra constitutione ^f, quam super adoptiuis tulimus, continetur. Sed si in expeditione occupatus miles ^g, testamentum faciat, & liberos suos iam natos, vel,

vel posthumos, nominatim non exheredauerit, sed silentio præterierit, non ignorans, an habeat liberos: silentium eius pro exheredatione nominatim facta valere, constitutionibus^a Principum cautum est.

§ Mater^b, vel avus maternus, necesse non habent liberos suos aut heredes instituere, aut exheredare: sed possunt eos silentio ommittere^c. nam silentium matris, aut avi materni, & cæterorum per matrem ascendentium tantum facit, quantum exheredatio patris. Neque enim matri filiū, filiāve, neque avo materno nepotem, neptēve ex filia, si eum, eāve heredem nō instituat, exheredare necesse est, siue de Iure civili quæramus, siue de edicto Prætoris, quo Prætor præteritis liberis contra tabulas bonorum possessionem permittit^d: sed aliud eis adnuculum seruetur, quod paulò post vobis manifestum fiet.



DE HEREDIBVS INSTITUENDIS^e.

TITVLVS XIII.

¶ Qui heredes institui possint. Seruus proprio scripto heredi, nulla libertatis mentione facta, videtur etiam datum libertatem.

^a Extat in l. Sicut. Cod. De test. mil. Principes aut Gordianus & Philippus intelligit.

^b Si cum. cod.

^c Fac. l. 27. §. ult. l. 28. De inoff. test.

^d Nō est silentio in Vet. lib. Omittere est silentio exheredare. l. si patronus. D. De bon. lib. Pater autem silentio exheredare nō potest Miles, mater, ascendentes per matrem, liberi, fratres, sorores, silentio exheredare possunt. I. C.

^e Legendum, promittit. ut in §. ult. c. 1. Illud. D. de bon. poss. con. tab. & alibi passim.

I. C. c. Vlp in frag. tit. 21. c. 22. Harm. libr. 5. tit. 8.

a Scribere, vel nūcupare. sic enim vocat Ulp. l. 1. §. 1. hic. Descriptus est aut hic locus ex Caio. l. 37. hic.

b Extat in l. pe. C. De neces. ser. her. inst.

c Notas intelligit. l. 44. Ad leg. Falc.

d Fac. l. Rectè.

e Hic locus ex Mart. l. 48 §. 2. hic.

f Mart. habet, l. 28. accusatū.

Theophil. verò, ἡ νόμος ὄντα τῶν

μαρτυρία, non ἔστιν ὁ νόμος ὁ

legatum igitur maculatum: alioquin certè pugnaret hac constitutio cum l.

Rei. C. Ad l. Ful. de adult.

g Ante finitam cognitionē l. prospexit. §.

pen. D. Qui & à quib. manu.

h Id est, seruus eiusdem domini maneat. Theoph.

Eredes instituere * permissum est, tam liberos homines, quam seruos: & tam proprios, quam alienos. Proprios autem olim quidem secundum plurimum sententias non aliter, quam cum libertate, rectè instituere licebat. hodie verò etiam sine libertate, ex nostra constitutione ^b heredes eos instituere permissum est. Quod non per inuentionem induximus, sed quoniam æquius erat, & Attilicino placuisse Paulus suis libris ^c, quos tam ad Masurium Sabinum, quam ad Plautium scripsit, refert. § Proprius ^d autem seruus etiam is intelligitur, in quo nudam proprietatem testator habet, alio vsumfructum habeat. Est tamen ^e casus, in quo nec cum libertate vtiliter seruus à domina heres instituitur, vt constitutione diuorum Seueri & Antonini cauetur, cuius verba hæc sunt: Seruum adulterio maculatum ^f, non iure testamento manumissum ante sententiam ^g ab ea muliere videri, quæ rea fuerat eiusdem criminis postulata, rationis est. Quare sequitur, vt in eundem à domina collata heredis institutio, nullius momenti habeatur. § Alienus seruus etiam is intelligitur, in quo vsumfructum testator habet. Seruus autem à domino suo heres institutus, siquidem in eadem caussa manserit ^h,

fit ex testamēto liber, heresque ei necessarius. Si verò à viuo testatore manumissus fuerit, suo arbitrio adire hereditatem potest: quia non fit heres necessarius, cum vtrunque ex domini testamento non consequatur. Quod si alienatus fuerit, iussu noui domini adire hereditatem debet, & ea ratione per eū dominus fit heres. nam ipse alienatus, neque liber, neque heres esse potest, etiam si cum libertate heres institutus fuerit. destitisse enim à libertatis datione videtur dominus qui eum alienauit. § Alienus quoque seruus heres institutus, si in eadem causa durauerit, iussu eius domini adire hereditatem debet. Si verò alienatus fuerit ab eo, aut viuo testatore, aut post mortem eius, antequam adeat, debet iussu noui domini adire. At si manumissus est viuo testatore, vel mortuo, antequam adeat, suo arbitrio adire potest hereditatem. § Seruus etiam alienus post domini mortem rectè heres instituitur: quia & cum hereditariis seruis est testamenti factio. Nō dum enim adita hereditas, personæ vicem sustinet, non heredis futuri, sed defuncti: cum etiā eius, qui in vtero est, seruus rectè heres instituitur. § Seruus autem pluriū, cum quibus testamenti factio est, ab extraneo institutus heres, vnicuique dominorū cuius iussu adierit, pro portione domini

a Quia necesse
habet adire, §.
j. de her qual.

b l. sed etsi b. §.
3. l. testamento
90. D. eod.

c Scilicet, no-
uus.

d Seruitutis,
scilicet, condi-
tione, & domini
familia.

e Quidā cod.
iussu domini
sui.

f Vid. Ulp. in
frag tit 20.

g Quos domi-
nos heredes in-
stituire possu-
mus, horū pos-
sumus & ser-
uos.

h Fac l. 31. §.
ult. hīc.

i Fac. l. 64.
hīc, vnde ex la-
boleno descript^o
est hīc locus.

k Cum seruus
instituitur, que-
ritur, an domi-
nus hereditatis
capax sit. d. l.
31. hīc.

acquirat hereditatem. Et unum hominem, & plures usque in infinitum, quot quis heredes velit facere, licet.

¶ Quomodo hereditas diuidatur.

§ Hereditas plerumque diuiditur in duodecim uncias, quæ a suis appellatione continentur. Habent autem & hæ partes propria nomina ab uncia usque ad assem, ut puta hæc, sextas, quadrans, triens, quincunx, semis, septunx, bes, dodrans, dextans, deunx. Non autem utique semper duodecim uncias esse oportet. nam tot uncias assem efficiunt, quod testator voluerit: & si unum tantum quis ex semisse (verbi gratia) heredem scripserit, totus as in semisse erit. Neque enim idem ex parte testatus, & ex parte intestatus, decedere potest: nisi sit miles, cuius sola voluntas in testando spectatur. Et est contrarium potest quis in quantasconque voluerit plurimas uncias suam hereditatem diuidere.

§ Si plures instituantur heredes, ita demum in hoc casu partium distributio necessaria est, si nolit testator eos ex æquis partibus heredes esse. Satis enim constat, nullis partibus nominatis, ex æquis partibus eos heredes esse. Partibus autem in quorundam personis expressis, si quis alius sine parte nominatus erit, si quidem aliqua pars a se deierit, ex ea parte hæres fit. Et si plures sine parte scripti sunt, omnes in eandem

a Civitas itaq;
aut populus in
fiti potest: nul
la enim hæc
subest incerti
tudo. VVes.

b Ex l. 50. §.
ult. hæc, Anto.
Aug. Emend.
libr. 2. cap. 8.
Duar. 2. Dissp.
cap. 26.

c Vide Tull.
pro Cec. & Suet.
in Jul. Cas. cap.
83.

d Fac. l. 47.
eod.

e Fac. l. 13. De
lib. & posth.

f Id est, sex
uncias.

g l. ius nostrum.
7. De reg. iur.

h Fac. Vlp. l.
9. §. Heredes.
eod.

i Idem est si
pluribus aliquid
legitur, nam hæc
aut l. legata
inutiliter. §. vl.
de leg. 1. si par
tes non fuerint
adiecta, aqua
servabuntur.

eandem
tus as col
pressas p
tem voca
dimidia
dius, an
ptus sit.
quæ vac
cet, nec t
res insti
ex quart
cõstat va
heredita
beri, ac
pti essen
scripti in
decrease
tertiis pa
de habe
parte he
uncias, qu
qui sine
dio dec
dius exp
sem post
unciarum
tione in
ad certu
quinque
Calendis
las here

eandem

eandem partem concurrunt ^a. Si verò totus as completus sit, ij, qui nominatim expressas partes habent, in dimidiam partem vocatur, & ille, vel illi omnes, in altera dimidiam. Nec interest, primus, an medius, an nouissimus, sine parte heres scriptus sit. ea enim pars data intelligitur, quæ vacat. § Videamus ^b, si pars aliqua vacet, nec tamen quisquam sine parte sit heres institutus, quid iuris sit, veluti si tres ex quartis partibus heredes scripti sunt. Et constat vacantem partem singulis tacite pro hereditaria parte accedere ^c, & perinde haberi, ac si ex tertiis partibus heredes scripti essent: & ex diuerso, si plures heredes scripti in portionibus sint, tacite singulis decrefcere: vt si (verbi gratia) quatuor ex tertiis partibus heredes scripti sint, perinde habeantur, ac si vnusquisque ex quarta parte heres scriptus fuisset. § Et si plures vnciæ, quam duodecim, distributæ sint, is, qui sine parte institutus est, quod dupondio ^d decet, habebit. Idemque erit, si dupondius expletus sit. quæ omnes partes ad assem postea reuocatur, quanuis sint pluriū vnciarum. § Heres & purè, & sub conditione institui potest ex certo tempore, aut ad certum tempus nō potest ^e, veluti, Post quinquennium, quàm moriar, vel, Ex Calendis illis, vel, Vsque ad Calendas illas heres esto. Denique diem adiectum

k. j.

^a Quasi scilicet ex ea conuentionem instituti sint.

^b Ex Ulp. l. 13. §. 1. h. c.

^c Aliis, adcrefcere.

^d Id est, duobus libris, seu duobus asibus. Dupondium 24. vnciæ efficiunt. Ulp. l. 17. h. c.

^e Ex Papin. l. 24. h. c.

^f A pagano ve sum est. certè à milite potest l. Miles tra. De mil. test.

a *Ex l. 1. De cōd. insti. Secus dicendū de per-plexa, vt si Titius heres erit, Seius heres esto. reddit enim in-stitutionem in-utilem. l. 16. De cond. insti.*
 b *Cui libet, legendum diuisi-uis vocibus. i cui placet. Theoph. habet, οὐδὲν βού-λεται.*
 c *Extraneum etiam penitus ignotū heredem quis instituire potest. l. 11. C. hoc tit. vnde hic locus petitus est.*
 d *Id esset, pcul agētes. Theoph. habet, ὅτι ἐβ-νε διάγονται: Vnde vera est lectio manuscri-ptorū, peregrina-tos, diuisis vocibus, vt no-tat I. C. Dici-mus autē, sum peregrī. & vado peregrē. vt Fl. Sospater scribit. & Charisius lib. 2. notat ex Plauto in Persa. c Caius 2. Instit. tit. 4. Duar. 2. Disp. cap. 7.*

haberi pro superuacuo placet, & perinde esse, ac si pure heres institutus esset.

¶ *Quæ conditiones institutionibus addantur.*

§ *Impossibilis^a conditio in institutio-nibus, & legatis, necnon in fideicommissis, & libertatibus, pro non scripta habetur. Si plures conditiones in institutionibus ad-scriptæ sunt: si quidem coniunctim, vt pu-ta, Si illud & illud factum fuerit: omnibus parendum est. si separatim: veluti, Si illud, aut illud factum erit: cuiuslibet^b conditio-ni obtemperare satis est.*

§ *Si, quos nunquam testator vidit^c, he-redes institui possunt: veluti si fratris filios peregrinantes^d, ignorans qui essent, here-des instituerit. ignorantia enim testantis inutilem institutionem non facit.*

DE VVLGARI SVBSTITI- TIONE^e.

TITVLVS XV.

¶ *Substitutionem generaliter definire possumus Institutionem conditionalem in subsidium prioris heredis deficiētis. Duplex autem est: aut vulgaris, quæ & directæ: vt Si Titius he-res non erit, Seius heres esto. ¶ Altera est Pupillaris, & quodammodò vtilis, vt, Si fi-*

DE
line
cesse
conc
Et
xit
Exe

P

rit, ille he-
velit testa-
fimo loco-
sarium he-
res in vni-
vnus in p-
vel inuice-
sunt. § E-
redes scri-
lam ment-
habuerit
tes dediss-
& ita diu-
stituto f-
alius ei su-
Antoninu-
ad vtranc-
§ Si se-
miliās arb-
heres non

g Ex l. 4. C.
Qui huius

liu mens heres erit, & ante pubertatem de-
cesserit, Titius heres esto. qua his tantum
concessa est, qui liberos habent in potestate.
Eius exemplo Iustinianus similem introdu-
xit in fauorem furiosorum, &c. qua vulgo
Exemplaris dicitur: satis insulse. A.C.

Potes^a autem quis in testamen-
to suo plures gradus heredum fa-
cere: vt puta, Si ille heres non e-
rit, ille heres esto, & deinceps, in quantum
velit testator substituere potest: vt nouis-
simo loco in subsidium, vel seruum neces-
sarium heredem instituere^b possit. Et plu-
res in vnus locum possunt substitui, vel
vnus in plurium, vel singuli in singulorū,
vel inuicem^c ipsi, qui heredes instituti
sunt. § Et si ex disparibus^d partibus he-
redes scriptos inuicem substituerit, & nul-
lam mentionem partium in substitutione
habuerit: ea videtur in substitutione par-
tes dedisse, quas in institutione expressit,
& ita diuus Pius rescripsit^e. § Sed si in-
stituto^f heredi, coherede substituto dato,
alius ei substitutus fuerit: diui Seuerus &
Antoninus sine distinctione rescripserūt,
ad vtranque partem substitutum admitti.

§ Si seruum^g & alienum quis patremfa-
miliās arbitratus, heredem scripserit: & si
heres non esset, Mæuium^h ei substitue-

a Ex Mart. l.
36. h.c.

b Instituere
dixi pro substi-
tuere. nam sub-
stitutio species
est conditionalis
institutionis. Un-
de Apuleius in
lib. xxi. h. p. mu-
veias propo-
sitionem conditio-
nalem appellat
substitutinam.

c Modest. vo-
cat reciprocam
substitutionem.
l. 4. h.c. Ulpian
frag. tit. 23.

d Veluti hunc
ex septuaginta, illū
ex quinquaginta. ex
Ulp. l. 24. h.c.

e Fac. l. 1. C.
De impub. &
aliu subst.

f Omnes ves.
C. Sed si insti-
tuto heredi, &
coheredi suo sub-
stituto, alius,
&c. Sic in l. Si
expluribus. De
suis & legit. her.
l. C.

g Ex l. 40. De hered. instit. h Fac. lul. l. 40. De hered. instit.
Qui huius loci speciem explicat. Alc. lib. 2. cap. 2. Disp.

k. ij.

a *Dimidiā sci licet, nā. si parterfa. De here. instit. ait in hoc casu semisses fieri. vid. hic. C.*

b *Ex Pomp. l. 41. De hered. instit. Alc. ibid.*

c *Theoph. legit Dinus Pius Casar.*

d *Dicitur ab etate, de qua fieri solet Theoph.*

e *Id est, vulgariter.*

f *In hoc exēplo, prius sit vulgaris, deinde pupillaris substitutio. l. 2. cod. tit.*

g *Qua verba propria sunt pupillaris substitutionis. Theoph. Hac enim antiqua locutio etatem pupillarem notat.*

h *Antiqua locutio qua veteres pupillarem etatem significabant, id est, eam qua tutorum potestati subiecta est. H.*

rit isque servus iussu domini adierit hereditatem Maevius substitutus in partem^a admittitur. illa enim verba, Si heres non erit: in eo quidem, quem alieno iuri subiectum esse testator scit, sic accipiuntur: Si neque ipse heres erit, neque aliū heredem effecerit: in eo verò, quem patremfamilias esse arbitratur, illud significant: si hereditatem sibi, vel ei, cuius iuri postea subiectus esse cœperit, non acquisierit^b. Idque Tiberius^c Casar in persona Parthenij servi sui constituit.



DE PUPILLARI^d SUBSTITUTIONE.

TITVLVS XVI.

¶ *Ratio faciendæ substitutionis pupillaris.*

Liberis suis impuberibus, quos in potestate quis habet, non solum ita, ut supra diximus^e, substituere potest, id est, ut si heredes ei non extiterint, alius sit ei heres: sed eò amplius, ut si heredes ei extiterint, & adhec impuberes mortui fuerint, sit eis aliquis heres: veluti si quis dicat hoc modo, Titius^f fili⁹ meus heres mihi esto. Et si fili⁹ meus heres^g mihi non erit: siue heres erit, & prius moriatur, quam in suam tutelam venerit^h: id est, antequam

DE
antequ
res est
heres
si vero
tatem
tutus.
quum
testam
res eis

¶ Tr
to
re
§ C
tioner
prosp
beat f
iuscur
puber
stituti
autem
infirm
pupil
pupil
in pup
fatum
dò su
rum
dem
tum e
hered
losus

antequam pubes factus sit: tunc Seius heres esto. quo casu, si quidem non extiterit heres filius: tunc substitutus patri fit heres. si verò extiterit heres filius, & ante pubertatem decesserit: ipsi filio fit heres substitutus. nam moribus ^a institutum est, ut quum eius ætatis filij sint, in qua ipsi sibi testamentum facere non possunt, parentes eis faciant.

¶ Tractat de nouo genere substitutionis à se immeto, quam veltius Iustinianeam quam exemplarem appelles. Duaremus quasi pupillare vocat.

§ Qua ratione excitati, etiam constitutionem ^b posuimus in nostro Codice, qua prospectum est, ut si qui mēte captos habeat filios, vel nepotes, vel pronepotes, cuiuscunque sexus, vel gradus: liceat eis, etsi puberes sint, ad exemplum pupillaris substitutionis, certas personas substituere. sin autem resipuerint, eadem substitutionem infirmari ^d sancimus: & hoc ad exemplum pupillaris substitutionis: quæ postquam pupillus adoleuerit, infirmatur. § Igitur in pupillari substitutione secundum præfatum modum ordinata, duos quodammodo sunt testamenta: alterum patris ^e, alterum filij, tanquam si ipse filius sibi heredem instituisset: aut certè vnum testamentum est duarum caussarum. id est, duarum hereditatum. Sin autē quis ita formidolosus sit, ut timeat, ne filius suus ^b pupillus

k. iij.

a *Vulgaris instit. est ex xij. tab. Vid. l. 2. D. eod.*

b *Fac. l. 9. C. De impub. & ali. subst. hinc locum explicat Paul. l. 43. hic.*

c *Hæc abundant: ut ex constitutione apparet.*

d *Theoph. habet. ἀνοψάδου. id est, abrogari. Paul. vero, rüpi. d. l. 43.*

e *Non est in vet. lib.*

f *Si testator & testamenti solemnitas spectetur, vnum est: si plurimum hereditas, duo. l. 2. §. Prius. hic. Theoph.*

g *Fac. l. Patris 20. hic.*

h *Vet. ne filius eius.*

a *Quib⁹ expofita est pupillaris aetas ob hereditatis spē Perſ. Satyr. 2. Pupillumve utinam, quem proximus heres Impello, expugnam.*

b *Suet. in Jul. Caf. c. 83. habet ima cera. i. vltima parte tabu. Afco. 3. in Verrem. idem Suet. in Nero. ca. 17.*

c *Quo. ſi tabula teſtamētis ligabantur. Scavola in l. 28. §. 1. De liber. leg. Horat. 2. Serm. Saty. 5. Lucian. in Timon. Alc. li. 4. Nap. ca. 6. d. Leg. ut & ſi heredes. ſic §. §. proximi.*

e *Abest ab omnib⁹ & recte. f. Fac. Tripho- winus in l. Miles ita. 41. §. pen. De milit. teſta.*

adhuc ex eo, quòd palàm ſubſtitutum acceperit, poſt obitum eius periculo infidiarum^a ſubiaceat: vulgarem quidem ſubſtitutionem palàm facere, & in primis teſtamenti partibus ordinare debet. illam autem ſubſtitutionem, per quam ſi heres extiterit pupillus, & intra pubertatem deceſſerit, ſubſtitutus vocatur: ſeparatim in inferioribus^b partibus ſcribere debet, eamque partem proprio lino^c, propriaque cera conſignare, & in priore parte teſtamētis cauere, ne inferiores tabulæ viuo filio & adhuc impubere, aperiantur.

¶ Hæc ſubſt. fieri etiam exheredato poteſt.

§ Illud palàm eſt, nō ideo minus valere ſubſtitutionem impuberis filij, quòd in eiſdem tabulis ſcripta ſit, quibus ſibi quiſque heredem inſtituiſſet: quantum pupillo hoc periculofum ſit. Nō ſolùm tamen heredibus inſtitutis impuberibus liberis ita ſubſtituere parêtes poſſunt, vt ſi^d heredes eis extiterint, & ante pubertatem mortui fuerint, ſit eis heres is, quæ ipſi voluerint: ſed etiã exheredatis. Itaque eo caſu ſi quid exheredato^e pupillo ex hereditatibus, legatiſve, aut donationibus propinctorum, atque amicorum acquiſitum fuerit, id omne ad ſubſtitutum pertinebit^f. § Quæcũque diximus de ſubſtitutione impuberum liberorum, vel heredum inſtitutorum, vel exheredatorum, eadem etiam de poſt-

posthumis ^a intelligimus.

¶ Hæc subst. paterni testamenti quædam appendicula est.

§ Liberis ^b autem suis testamentū nemo facere potest, nisi & sibi faciat ^c. nam pupillare testamentū, pars & sequela est paterni testamēti: ad eō, vt si patris testamentum nō valeat, nec filij quidē valebit. Vel singulis aut liberis, vel ei, qui corū nouissimus impubes morietur, substitui potest. singulis quidem, si neminē eorū intestatū decedere voluerit: nouissimo, si ius legitimarū ^d hereditatū integrū inter eos custodiri velit. § Substituitur autem impuberi aut nominatim, veluti, Titus ^e heres esto: aut generaliter, vt, Quisquis mihi heres erit. Quib⁹ verbis vocatur ex substitutione, impubere mortuo filio, illi ^e, qui & scripti ^f sunt heredes, & extiterūt, & p qua parte heredes facti sūt. Masculo igitur vsque ad quatuordecim ānos substitui pōt: fœminæ vsq; ad duodecim annos. & si hoc tempus excefferint, substitutio euanescit.

§ Extraneo ^g verò vel filio puberi hereditato, ita substituere nemo potest ^h, vt si heres extiterit, & intra aliquod tempus decesserit, alius ei sit heres: sed hoc solum permissum est, vt eum per fideicommissum testator obliget alij hereditatē eius, vel totam, vel pro parte restituere, quod ius quale sit, suo loco trademus ⁱ.

k. iiii.

a Quibus etiā substitui potest tanquā iam natis ob eorum cōmodum. l. 7. De stat. hom.

b Ex Florent. l. 37. hic.

c Fac. l. 2. §. Prius. hic. & regula iuris in l. 177. De regul. Iur. Aliud de milite. d. l. 2. §.

Quisquis. hic. vnde hic locus est descriptus.

d Fac. l. 25. De vulg.

e Vel etiā ille, ne quis putet se peritorem generalis substituit. formulā omnino desiderare multitudinis numerum.

f Ex Casol. §. hic.

g Qui nec natura, nec iure cōiunct⁹ est. Vid. l. 2. de vul. & pup. h Nisi miles. l. 41. §. penul. De milit. testa.

i Ubi ager De fideicom. hered.



QVIBVS MODIS TESTA-
menta infirmantur.

TITVLVS XVII.

¶ *Quae ab initio valent iure civili, aut rupta ad irriti vitio infirmantur. Iure Praetoris per bon. possi. contra tabulas rescinduntur. l. c.*

a *Ulp in frag. tit. 23.*

b *Theoph. negatiuè legit μη μεταρτος το τε τετεροεε. &c. sed mēdum esse deprehenditur ex l. 3. §. Ex his. De iust. rup. & §. Post. umorum. De exher. c. Vide lib. 2. De orato.*

d *Fac. l. 16. De iust.*

Testamentum^a iure factum, vsque eo valet, donec rumpatur, irritumve fiat. Rumpitur autem testamentum, cum in eodem statu^b manente testatore, ipsi testamenti ius vitiat. Si quis enim post factum testamentum adoptauerit sibi filium per Imperatorem, eum, qui est sui iuris: aut per Praetorem secundum nostram constitutionem, eum, qui in potestate parentis fuerit: testamentum eius rumpitur quasi adgnatione^c sui heredis. §. Posteriore quoque testamento, quod iure perfectum est, superius rumpitur: nec interest, extiterit aliquis heres ex eo, an non. hoc enim solum spectatur^d, an aliquo casu existere potuerit. Ideoque si quis aut noluerit heres esse, aut viuo testatore, aut post mortem eius, antè quàm hereditatem adiret, decesserit, aut conditione, sub qua heres institutus est, defectus sit: in his casibus paterfamilias intesta-

QV
intest
mentu
post
eo ne
prior
requè
in co
testan
& An
cōstit
quum
tution
rus &
pano.
licer
sit, per
facta
ptum
pleta
tem r
script
verba
tum,
Et ru
do ef
ment
is, qui
tus si
libro
fieri
qua

intestatus * moritur. Nam & prius testa-
 mentum non valet, ruptū à posteriore: &
 posterius æquè nullas habet vires, cum ex
 eo nemo heres extiterit. § Sed & ^b si quis
 priore testamēto iure perfecto, posterius
 æquè iure fecerit: etiam si ex certis rebus
 in eo heredem instituerit: superius tamen
 testamentum sublatum esse, diui Severus
 & Antoninus Augusti rescripserunt. cuius
 cōstitutionis verba & hīc inseri iussimus,
 quum aliud quoque præterea in ea consti-
 tutione expressum sit. Imperatores Seue-
 rus & Antoninus Augusti Cocceio Cam-
 pano. Testamentum secūdo loco factum,
 licet in eo certarum rerum heres scriptus
 sit, perinde iure * valere, ac si rerum mētio
 facta nō esset: sed & teneri heredem ^d scri-
 ptum, vt cōtentus rebus sibi datis, aut sup-
 pleta quarta ex lege Falcidia *, heredita-
 tem restituat his, qui in priore testamento
 scripti fuerāt, propter inserta fideicomissi
 verba, quibus vt valeret prius testamen-
 tum, expressum est: dubitari non oportet.
 Et ruptum quidem testamentum hoc mo-
 do efficitur. § Alio autem modo testa-
 menta iure facta infirmantur: veluti cum
 is, qui fecit testamentum, capite ^e deminu-
 tus sit. quod quibus modis accidat, primo
 libro retulimus. Hoc autem casu irrita
 fieri testamēta dicuntur: quum alioqui &
 quæ rumpuntur, irrita fiant: & ea, quæ sta-

a *Intestatum
 alio modo acci-
 pit iustum. in §.
 1. De here. qua
 ab intest. def.*

b *Ex Mart. l.
 29. ad Trebell.*

c *Fac l. 1. §. Si
 ex fundo. De
 her. inst.*

d *Cum testa-
 tor heredis fi-
 deicommissis, vt
 valerent priores
 tabula.*

e *Quæ extēsa
 est etiam ad fi-
 deicommissa. ne
 quis hīc p Tre-
 belliano positam
 somniet. Vide
 Continuum lib. 2.
 Successuarum.*

f *Etiam mi-
 nima, veluti ar-
 rogatione. l. 8.
 § Si post. De
 iur. codicil.*

a Quas omnes
 differentia spe-
 cies tradit Pa-
 pin. d. l. 1. De
 iniust. rup.
 b Vid. Ulp. in
 frag. tit. 23. & l.
 Posthumus. 12.
 De iniust. rup.
 l. 8. § 2. De
 iur. cod.
 c Pratorio Iu-
 re. s. neglecta
 Iuru civiu sub
 tilitate. l. 12.
 De iniust. rup.
 l. 7. De iust. &
 iur.
 d Fac. l. Sanci-
 mus. C. De te-
 sta. vbi irritum
 fit testamētū,
 quia ita velit
 testator, id a-
 pud aīta profes-
 sus, tribus con-
 vocatis testib⁹,
 & decēnio post-
 eā elapsō. vid.
 Comanum lib
 9. cap. 7.
 e Qua praces
 sit & Cōsultum,
 cuius verba
 quedam extant
 apud Capitol. in
 Pertinace Im-
 perat.

tim ab initio non iure fiunt, irrita sint, sed
 & ea quæ iure facta sunt, & postea per ca-
 pitis deminutionem irrita fiūt, postumus
 nihilominus rupta dicere. Sed quia sanè
 cōmodius erat singulas ^a causas singulis
 appellationibus distingui: ideo quædā nō
 iure facta dicuntur, quædā iure facta rū-
 pi, vel irrita fieri. § Non tamen^b per om-
 nia inutilia sunt ea testamenta, quæ ab
 initio iure facta, per capituli deminutionē
 irrita facta sunt. nam si septem testium si-
 gnis signata sunt: potest scriptus^c heres se-
 cundum tabulas testamenti bonorū pos-
 selsionē agnoscere: si modò defunctus, &
 cuius Romanus, & suæ potestatis mortis
 tempore fuerit. Nam si ideo irritum factū
 sit testamentum, quia civitatem, vel etiam
 libertatē testator amisit, aut quia in ado-
 ptionem se dedit, & mortis tempore in a-
 doptiui patris potestate sit: nō potest scri-
 ptus heres secundum tabulas bonorū pos-
 selsionem petere. § Ex eo autem solo nō
 potest infirmari testamētum, quod postea
 testator id noluerit ^d valere: vsque adeo, vt
 & si quis post factum prius testamentum
 posterius facere cœperit, & aut mortalita-
 te præventus, aut quia eum eius rei pœ-
 nituit, id nō perfecrit: diui Pertinacis^e o-
 ratione cautū sit, ne aliàs tabulæ priores
 iure factæ, irritæ fiant, nisi sequentes iure
 ordinatæ & perfectæ fuerint. nam imper-
 factum

D
 fectu
 est.
 miss
 cauli
 que t
 ipse
 rat, p
 redis
 scrip
 quid
 uerus
 runt
 ti sin



D

D
 ficio

fectum testamentum sine dubio nullum est. § Eadem oratione expressit, non admissurum se hereditatem eius, qui litis causa principem reliquerit heredem. neque tabulas non legitimè factas, in quibus ipse ob eam causam heres institutus erat, probaturum: neque ex nuda voce heredis nomen admissurum: neque ex villa scriptura, cui iuris autoritas desit, aliquid adepturum. Secundum hoc diui Seuerus & Antoninus sapissimè rescripserunt^b. Licet enim (inquiunt) legibus soluti simus, attamen legibus viuimus^c.

a Quæ res profecto inuidiosa est. l. pen. de her. inst. Sueton. in Oct. Aug. cap. 66. & Capitol. ibid.

b Næxat eorum rescriptū: sed simile in l. Et imperfecto. C. de testam. c Fac. l. 23. De leg. 3.



DE INOFFICIOSO TESTAMENTO.

TITVLVS XVIII.

¶ Hac actione testamenta rescinduntur, & hereditates petuntur. Vulgò autem dicitur actio, accusatio, querela inofficiosi testamenti: itemq; petitio hereditatis de inoffic. testa. ut in l. si quis filium. C. eod. l. pen. §. Sed quem admodum. D. De bon. poss. cont. tab.



Via plerūque^d parētes sine causa liberos suos exheredant, vel omittunt: inductū est, vt de inofficioso testamēto agere possint liberi, qui

d Frequentes sunt inofficiosi querela, inquit Ulp. l. 1. hinc. Vt de Paul. lib. 4. Sent. tit. 5.

a *Mart. l. 2. hic. Color e praetextum; titulu vocat Marcell. l. 49. De donat. int. vir. & vxor.*
 b *Quod esse debet huiusmodi, ut pater filio omnia acquirat. l. Scripta. Si tabu. testa. non ext. iustin. Nouel. 89. Arist. 1. Ethic. ca. ult. c Ex Vlp. l. 1. hic.*
 d *Paganorum, scilicet no militum, quibus liber a est testandi potestas. l. 8. §. 3. hic.*
 e *Fac. l. 15. hic.*
 f *Infamia notatus. Vid. Val. Max. lib. 7. cap. 8. De Pompeio Regino*
 g *Fac. l. pen. C. De adopt. & 21. & 27. C. cod. h Legitimi scilicet. i igitur dicitur aut Theoph. Bon. Dica. odiosum enim est & extraordinarium remedium. l. 6 De minor. k Posthumi sui, ut filij de inofficioso testamento patris: posthumi legitimi, ut filij de inofficioso testamento matris, fratres nepotes ex filia. Posthumi cognati, ut nepotes ex filio concepti post emancipationem. Posthumi ergo non sui tantum, sed etiam alieni. l. Posthumi. l. Papin. §. si ex causa. D. cod.*

queruntur aut iniquè se exheredatos, aut iniquè præteritos: hoc colore ^a, quasi non sanæ mentis fuerint, cum testamentum ordinarient. Sed hoc dicitur, non quasi verè furiosus sit, sed rectè quidem fecerit testamentum, non autem ex officio pietatis ^b. Nam si verè furiosus sit, nullu testamentum est. § Non autem ^c liberis tantum permillum est, testamentum parètum inofficiosum accusare, verum etiam libero- rum ^d parentibus ^e. Soror autem & frater, turpibus ^f personis scriptis heredibus, ex la- cris cõstitutionibus ^g prælati sunt. Nõ ergo contra omnes heredes agere possunt. Ultra fratres igitur & sorores cognati nullo modo aut agere possunt, aut agentes vincere. § Tam autem naturales liberi ^h, quam secundum nostræ constitutionis di- uisionem adoptati, ita demum de inoffi- cioso testamento agere possunt, si nullo alio Iure ⁱ ad defuncti bona venire possint. Nam qui ad hereditatem totam vel par- tem eius alio Iure veniunt: de inofficioso agere non possunt. Posthumi ^k quoque, qui nullo alio Iure venire possunt, de inoffi-

cioso

DE
 cioso a
 pienda
 bus tes
 cõstitu
 duxit. S
 tatis ve
 querela
 ad qua
 cet non
 tu deb
 mine p
 stamẽt
 nihil es
 nihilon
 ficiofo
 contra
 ctum t
 ratus e
 to eod
 mittit
 re, ut d
 Iure h
 comm
 donat
 tum
 facit i
 qui in
 Quod
 ligend
 res, qu
 to per

cioso agere possunt. § Sed hæc ita accipienda sunt, si nihil eis penitus à testatoribus testamento relictum est. quod nostra cōstitutio ad verecundiam^a naturæ introduxit. Sin verò quantacūque pars hereditatis vel res eis fuerit relicta: de inofficioso querela quiescēt, id, quod eis deest, vsque ad quartam legitimæ^b partis repleatur: licet non fuerit adiectum, boni viri arbitratu debere eam compleri. § Si tutor nomine pupilli, cuius tutelam gerebat, ex testamēto patris sui legatum acceperit, cum nihil erat ipsi tutori relictum à patre suo: nihilominus poterit nomine suo de inofficioso patris testamento agere. § Sed si è contrario pupilli nomine, cui nihil relictum fuerat, de inofficioso egerit, & superatus est: ipse tutor, quod sibi in testamento eodem legatum relictum est, non amittit. *¶*igitur quartam^c quis debet habere, vt de inofficioso agere non possit: siue iure hereditario, siue iure legati, vel fideicommissi, vel si mortis causa ei quarta donata fuerit, vel inter viuos: in iis tantummodo casibus^d, quorum mentionem facit nostra constitutio^e, vel aliis modis, qui in nostris cōstitutionibus^f cōtinētur. Quod autem de quarta diximus, ita intelligendum est: vt siue vnus fuerit, siue plures, quibus agere de inofficioso testamento permittitur: vna quarta eis dari possit,

a Ne à filiis pariterum testamenta dissoluantur. Valer. De Aphronia.

b Quæ sit legitima & vna dicta. Paul. lib. 4. Sent. cap. 4.

c Plin. lib. 5. Epist. Epist. 1. d Cusa. putat intelligi duos casus. l. pen. C. de Coll. quibus donationem inter viuos non tantum cōferri existimat, sed etiã in quadrantem impnari.

e l. Omnimodò. C. eod. f l. Quoniam. Nouella. C. eod. l. Vt liberis. De collat.

vt ea pro rata eis distribuatur: id est, pro virili portione quarta ^a.

a Hac verba in
omni b^o manu-
script. Signifi-
cant autē cui-
que dari quar-
tam suā virilis
partis. C.
b Caius 2. Inst.
tit. 3.

DE HEREDVM QVALI-
tate & differentia ^b.

TITVLVS XIX.

¶ Triplex heredum differentia traditur.

Heredes autem, aut necessarij di-
cuntur, aut sui & necessarij, aut
extranei. Necessarius heres, est
seruus heres institutus. ideoque sic appel-
latur ^c, quia siue velit, siue nolit, omnino
post mortem testatoris protinus liber &
necessarius heres fit. Vnde qui facultates
suas suspectas habent, solent seruum suum
primo aut secundo, aut etiā vltiore gra-
du heredē instituere: vt si creditoribus sa-
tis nō fiat, potiùs eius heredis bona, quam
ipsius ^d testatoris à creditoribus possidean-
tur, vel distrahātur, vel inter eos diuidan-
tur. Pro hoc tamen incommodo ^e, illud ei
cōmodum præstatur: vt ea, quæ post mor-
tem patroni sui sibi acquisierit, ipsi refer-
uentur. Et quanuis bona defuncti nō suf-
ficient creditoribus: iterum tamen ex ea
caussa res eius, quas sibi acquisierit, non
veneunt.

¶ Sui & necessarij heredes, qui sunt.

§ Sui

c Quidā cod.
ideo sic appella-
tus.

d Ne iniuria
defunctus affi-
ciatur. §. 1.
Quib. ex caus.
manu. nō lic. l.
1. C. Qui man
non poss.
e Theoph. ha-
bet. u. d. d. 3. r.
trian. v. c. p.
as. i. §. 1.

DE H

§ Sui
veluti fil
deinceps
moriens
prive su
eā in ve
re fuisse
tre suo d
intercep
beratus
neptive
sui quid
domesti
patre qu
tur §. V
riatur: p
berorum
quia om
ab intest
duodeci
his Præ
re hered
ipforum
possidea

¶ Extr
lib

§ Cæ
sunt, ext
liberi qu
stra non
extranei

§ Sui^a autem & necessarij heredes sunt, veluti filius, filia, nepos neptisve ex filio, & deinceps ceteri liberi, qui in potestate morientis^b modò fuerint. Sed vt nepos neptisve sui heredes sint: non sufficit eum eamve in potestate^c aui morientis tempore fuisse: sed opus est, vt pater eius viuo patre suo desierit suus heres esse, aut morte interceptus^d, aut qualibet alia ratione liberatus à patris potestate. tunc enim nepos neptisve in locum patris sui succedit^e. Sed sui quidem heredes ideo appellantur, quia domestici^f heredes sunt, & viuo quoque patre quodammodò domini existimantur^g. Vnde etiam si quis intestatus moriatur: prima causa est in successione liberorum. Necessarij verò ideo dicuntur, quia omnino, siue velint, siue nolint, tam ab intestato, quàm ex testamento, ex lege duodecim tabularum heredes fiunt. Sed his Prator^h permittit volentibus abstinere hereditate, vt potiùs parentis, quàm ipsorum bona similiter à creditoribus possideantur.

¶ *Extranei heredes dicuntur etiam emancipati liberi. &c.*

§ Ceteri, qui testatoris Iuri subiecti nò sunt, extranei heredes appellanturⁱ. Itaque liberi quoque nostri, qui in potestate nostra non sunt^k, heredes à nobis instituti, extranei heredes nobis videntur. Qua

a §. 1. tit. li. 1. §.

b Theophil. cō τῷ κατὰ τὴν τὴν πατρὸς τῆς.

c Fac. Ulp. l. 6. §. Interdum. De acq. hered.

d Et hic, quidē nepos Obiter à veteribus dicebatur: cuius. s. pater viuo aui obiisset, auctore Sex Pompeio.

e Ex lege Iulia Velleia.

f Theoph. habet ἀνεκτακτοῖ, domini nati. Plin. in Paneg. l. 12. in si.

g De bonis liber.

h Propter cōtinnationē dominij. s. fac. l. 11. De lib. & posth. vnde hūc locus. est descriptus.

i Fac. Caius. l.

57. De acq. her.

¶ l. 15. s. lib. tit.

Ulp. in fragm.

tit. 22

i Caius 2. Inst.

tit. 7.

k Theoph. ha-

bet ἐμμετρη-

των.

est, pro

LI.

arij di-

es, est

appel-

mnino

iber &

altates

siuum

re gra-

oms sa-

quam

sidean

vidan-

llud ei

est, mor

refer-

nō suf-

n ex ea

t, non

§ Sui

a §. *Famīna.*
De adopt. l. illud. §. Ad testamēta. De bo. poss. contr. tab.
 b *Extraneorū,*
scilicet, quia utriūq; hereditatem & libertatem testamēto non est cōsequutus. Theoph.
 c *Ex Florent. l. 49. §. 1. De hered. instit.*
 d *Duobus tēporibus id tertium additur.*

e *Alijs tria tantum tēpora inspicimus: Testamenti factio, mors testatoris, & tēpus aditionis. Theoph.*

de causa, & qui heredes à matre instituitur, eodem numero sunt: quia femina^a in potestate liberos nō habent. Servus quoque heres à domino institutus, & post testamētum factum ab eo manumissus, eodem numero habetur^b. § In extraneis^c heredibus illud obseruatur, vt sit cum eis testamenti factio, siue heredes ipsi instituantur, siue hi qui in potestate eorum sunt. & id duobus temporibus inspicitur: testamenti quidem facti tempore, vt constituerit institutio: mortis verò testatoris, vt effectum habeat. hoc ampliùs, & cum adit hereditatem^d, esse debet cum eo testamenti factio, siue purè, siue sub conditione heres institutus sit. nam ius heredis eo maximè tempore inspiciendum est, quo acquirit hereditatem. Medio autem tempore inter factum testamentum, & mortem testatoris, vel conditionem institutionis existentem, mutatio Iuris non nocet heredi: quia (vt diximus) tria tempora inspicere^e debent.

¶ Testamenti factio, non modò testamenti faciendi, sed etiam capiendi ex testam. facultatem significat. l. 16. Qui testa. fac. poss.

§ Testamenti autem factionem nō solum is habere videtur, qui testamentū facere potest: sed etiam qui ex alieno testamento, vel ipse capere potest, vel alij acquirere, licet non possit facere testamentum.

DE H
 tum. Et i
 mus, & i
 alienus r
 euntur.
 possint a
 alij acqu

§ Ext
 di^a potes
 non ad e
 testas est
 tis: siue e
 tate delib
 quēdā h
 nisi min
 hominib
 fis, decep
 hereditat
 Sciēdum
 maiori v
 disse, cū
 as alienu
 pore late
 diuus Ac
 prastitit
 militibu
 nostra b
 subiectis
 prastitit
 mam qu
 tenore si

tum. Et ideo furiosus, & mutus, & posthumus, & infans, & filiusfamilias, & seruus alienus testamenti factionem habere dicuntur. Licet enim testamentum facere non possint: attamen ex testamento vel sibi, vel alij acquirere possunt.

¶ *De iure deliberandi.*

§ Extraneis autem heredibus deliberandi potestas est de adeunda hereditate, vel non adeunda. Sed siue is, cui abstinendi potestas est, immiscuerit^b se bonis hereditatis: siue extraneus, cui de adeunda hereditate deliberare licet, adierit: postea relinquenda hereditatis facultatem non habet, nisi minor sit xxv. annis. Nam huius ætatis hominibus sicut in cæteris omnibus causis, deceptis: ita & si temere damnosam^d hereditatem susceperint, Prætor succurrit: Sciendum est tamen diuum Adrianum^e etiam maiori vigintiquinque annis veniam dedisse, cum post aditam hereditatem græde æs alienum, quod aditæ hereditatis tempore latebat, emerisisset. Sed hoc quidem diuus Adrianus cuidam speciali beneficio præstitit. diuus autem Gordianus postea militibus tantummodo hoc concessit^f. Sed nostra beneuolentia commune omnibus subiectis imperio nostro hoc beneficium præstitit: & constitutionem^g tam æquissimam quam nobilissimam scripsit: cuius tenore si obseruauerint homines, licet eis

l.j.

a *Ut instrumenta hereditatis inspiciat. l. 5. De iur. delib. & rationes defuncti petat. l. 28. De acq. hered. Vlp.*

in frag. tit. 22.

b *In necessariis heredibus dicitur immisio, in extraneis aditio: vid. Theoph. c. Cuius consilium infirmum est, & multorum infidis expositum. l. 1. De minor.*

d *Porro si lucrosam incusul-tate reuicerint, recuperant. l. 1. 2. Cod. Si ut omiss. hered.*

e *Nō extat, similis est Iustin. Constit. l. vlt. C. de iur. delib.*

f *Nec illud quoque extat. fac. d. l. vlt.*

g *Extat in d. l. vlt. est autem hoc beneficium re-pertorij.*

a Solo animo. l. Gerit. 88. De acq. hered.

b Fac. l. Pro herede. 20. De acq. hered.

c Ulp. in frag. tit. 22.

d Itaque hæc verba Titius hereditatis mea dominus esto, declarant vtilem institutionem. l. 48. De hered. instit.

Et heres dicitur quasi herus, unde sine diphthongo scribitur. quod & in Cic. lib. P. Victorius annotauit.

e Dicendo se hereditatem admittere. Theoph. d. l. Gerit.

f Ex Ulp. l. Mutum. 5. De acq. hered. l. 1. §. Mutus. De her. instit.

g Habet enim testamenti institutionem ut infans, furiosus, & c. §. 5. §. 5. eod. unde hic locus sumptus est, l. 5. De acq. hered.

adire hereditatem, & in tantum teneri, quantum valere bona hereditatis contingit: ut ex hac causa neque deliberationis auxilium sit eis necessarium, nisi omnia obsecratione nostrae constitutionis, & deliberandum existimauerint, & sese veteri grauari aditionis supponere maluerint.

¶ De acquirenda vel omittenda hereditate.

§ Item extraneus heres testamento institutus, aut ab intestato ad legitimam hereditatem vocatus, potest aut pro herede gerendo, aut etiam nuda voluntate suscipiendae hereditatis heres fieri. Pro herede autem gerere quis videtur, si rebus hereditariis tanquam heres utatur, vel vedendo res hereditarias, vel praedia colendo, locandove, & quoquo modo voluntatem suam declaret, vel re, vel verbo de adeunda hereditate: dummodo sciat eum, in cuius bonis pro herede gerit, testatum intestatumve obuisse, & se ei heredem esse. Pro herede enim gerere, est pro domino gerere. veteres enim heredes pro dominis appellabatur. Sicut autem nuda voluntate extraneus heres fit: ita contraria destinatione statim ab hereditate repellitur. Eum, qui surdus vel mutus natus, vel postea factus est: nihil prohibet pro herede gerere, & acquirere sibi hereditatem: si tamen intelligit quod agit.

h Non dicit adire propter ius velle unde hic locus sumptus est, l. 5. De acq. hered.

DE



¶ Legat legat conu



quimur d
niuersita
cum om
bus, qui i
simus: no
hæc Iuris
que est de
cta ab her
dem erant
vindictio
modo, per
verba cui
erant, per
significab
uorū Prin
borum pe
tem cōstit
lucubratio
lidiores et
niano sublat
de leg. g



DE LEGATIS.

TITVLVS XX.

¶ Legatariis triplici actione eorū persequi posse legata, personali, in rem, & hypothecaria, concessum est.

Post hæc videam⁹ de legatis, quæ pars Iuris extra propositam quidem materiam videtur (nam loquimur de iis Iuris figuris^b, quibus per vniuersitatem^c, res nobis acquiruntur) sed cum omnino de testamentis, & de heredibus, qui in testamēto instituuntur, loquuti simus: non sine causa sequēti loco potest hæc Iuris materia tractari. § Legatū iraque est donatio quædam à defuncto relicta ab herede præstanda^d. Sed olim quidem erāt legatorum genera^e quatuor: per vindicationem, per damnationem, sinendi modo, per præceptionem: & certa quædā verba cuique generi legatorum adsignata erant, per quæ singula genera legatorum significabātur. Sed ex cōstitutionibus diuorū Principū solennitas huiusmodi verborum penitus sublata est. § Nostra^f autem cōstitutio, quam cum magna fecimus lucubratione, defunctorum voluntates validiores esse cupientes, & non verbis^g, sed

miano sublata. Duar. 2. Diss. cap. 9. f Extat in l. 1. Cod. Communi de leg. § L. Non aliter 89. De leg. 3.

a Caius 2. Inst. tit. 5. Ulpian. in fragm. tit. 28.

Harmen. lib. 5. tit. 10.

b Id. s. specibus modis & formis. sic Caius in l. 1. De oblig. l. mortis causa capitur. De donat. caus. mor.

c Res vniuersa per institutionem, singule per legatū acquiruntur. l. 10. De hered. inst. l. 37. De acqu. hered.

d Hæc verba nec Modest. l. 36. De leg. 2. nec Theoph. nec Harmen. agnosunt. Diuersa est Florētini definitio. l. 11. De leg. 1.

e De legatis, fideicommissis, ac eorum differentia à Iustitiano.

f De legatis, fideicommissis, ac eorum differentia à Iustitiano.

g De legatis, fideicommissis, ac eorum differentia à Iustitiano.

voluntatibus eorum fauētes, disposuit, vt omnibus legatis vna sit natura: & quibuscunque verbis aliquid relictū sit, liceat legatariis id persequi: non solum per actiones personales^a, sed etiā per in rem, & per hypothecariam. Cuius cōstitutionis perpensum modū ex ipsius tenore perfectissimē accipere possibile est.

¶ Sublata legatum & fideicom. multiplice diffērentia, hodie eadem natura est.

§ Sed non vsq̄ ad eam cōstitutionem standū esse existimauimus. Cum enim antiquitatem inuenimus legata quidem strictē concludētem: fideicommissis autem, quæ ex voluntate magis descēdebant defunctorum pinguiorem naturā indulgentem: necessariū^b esse duximus, omnia legata fideicommissis exæquare^c, vt nulla sit inter ea differentia: sed quod deest legatis, hoc repleatur ex natura fideicommissorum: & si quid amplius est in legatis, per hoc crescat fideicommissorum natura. Sed ne in primis legū cunabulis permistim de his exponendo, studiosis adolescentibus quandam introducamus difficultatem: propter æpretium esse duximus interim, separatim prius de legatis, & postea de fideicommissis tractare: vt natura vtriusque iuris cognita, facile possint permissionem eorum eruditi subtilioribus auribus accipere.

a He tribuuntur legatario, quasi non domino: vt nec esse videtur dominus saltem in regentium quo dominia ante traditionem nō transferēbatur. l. traditionibus. C. de pactis. G.

b l. 1. C. cōm. de leg.

c Ulp. habet, per omnia exæquat a sunt legata fideicommissis. l. 1. De legat. 1. Anto. Aug. Emend. l. 3. §. 9. Ugl. hīc.

¶ Quia

§ N
dis res,
vt heres
re: vel f
tionem
comme
test: nec
quis car
tēpla, v
legauer
tum est
posse le
ctus sci
rabat. F
rem esse
scripsit
legatar
nam re
probar
semper
qui agi
ditori a
res eā li
placet,
re nec
rem ob
Anton
ctus v

¶ Quia

¶ *Quæ res legari possunt vel non : ac primum de re propria , heredis : & aliena & creditori obligata.*

§ Non solum autem testatoris vel heredis res , sed etiam aliena legari potest : ita , ut heres cogatur redimere eam , & præstare : vel si eam non potest redimere , æstimationem eius dare . Sed si talis sit res , cuius commercium non est , vel adipisci non potest : nec æstimatio eius debetur , veluti si quis campum Martium^a , vel basilicas , vel templâ , vel quæ publico^b vsui destinata sũt , legauerit . nam nullius momenti tale legatum est . Quod autem diximus alienam rem posse legari , ita intelligendum est , si defunctus sciebat alienam rem esse , non si ignorabat . Forsitan enim si sciuisset alienam rem esse , non legasset : & ita diuus Pius rescriptit^c . Et verius est^d ipsum quæ agit , id est , legatariũ probare oportere , sciuisse alienam rem legare defunctum : non heredem probare oportere , ignorasse alienam . quia semper necessitas probandi incumbit illi , qui agit . § Sed & si re obligatam^e creditori aliquis legauerit , necesse habet heres eam luere^f . Et in hoc quoque casu idem placet , quod in re aliena : ut ita demũ luere necesse habeat heres , si sciebat defunctus rem obligatam esse : & ita diui Seuerus & Antoninus rescripserũt^g . Si tamen defunctus voluerit legatarium luere , & hoc ex-

a Ex Paul. l.

39. §. ult. De

leg. l. l. 10. §.

2. eod. l. 67. §.

6. De leg. 2.

b Ut theatrũ,

balneũ, forum.

§. Idẽ iuru. De

inutil. stipul. l.

6. De rer. diuis.

§. vniuersitatis.

Instit. ibid.

c Nõ extat hoc

rescriptũ huic

Alexandri si-

mile est. l. Cum

alienam. C. l. i. c.

d Totus hic lo-

cus descriptus

est ex Institus.

Martiani : cuius

verba extant in

l. 2. & l. Ve-

rius. de probat.

e Ex Ulp. l.

57. De leg. 1.

f Causa habet,

pignoratam. l.

15. De dot. præ-

leg.

g Causa d. l. 15.

habet liberare.

h Non extat.

Fac. l. 7. radia.

C. De fiduc.

- a Idem de stipulationibus. l. 83. §. si rem. De ver. obl. & aliis item contractibus. l. 16. De oblig. & act. b l. 18. De oblig. & maxime. l. vnic §. Lucrativas. Cod. De impo. lur. def. c Ex Papin. partim l. 66. §. 1. De legat. 2. partim Ulp. l. 34. §. 1. De legat. 1. d Duorum testatorum scilicet. Theoph. e Ex Pomp. l. 24. De leg. 1. & Matia. l. 17. De leg. 1. f Fac. l. 1. in fi. De cond. & demonst. g Id est. separatum & plane oratione diuersa. l. Re coniu. §. 1. 39. De leg. 3. l. Triplex 142. De verb. sig.

prefferit: non debet heres eam luere. §. Si res aliena legata fuerit, & eius rei viuo testatore legatarius dominus factus fuerit: siquidē ex causa emptionis, ex testamento actione pretium consequi potest: si vero ex causa lucratiua: veluti ex donatione, vel ex alia simili causa: agere non potest. Nam traditū est, duas lucratiuas causas in eundem hominem & eandem rem concurrere non posse. Hac ratione, si ex duobus testamentis eadem res eidem debeat: interest, utrum rem, an aestimationem ex testamento consequutus sit. nam si rem habet: agere non potest, quia habet eam ex causa lucratiua. si aestimationem, agere potest. § Ea quoque res, quæ in rerum natura non est, si modo futura est, recte legatur: veluti fructus, qui in illo fundo nati erunt, aut quod ex illa ancilla natum erit.

¶ De eadem re duobus legata & iure ad rescind.

§ Si eadem res duobus legata sit, siue coniunctim, siue disiunctim: si ambo perueniant ad legatum: scinditur inter eos legatum si alter deficiat, quia aut spreuerit legatum, aut viuo testatore decesserit: vel alio quoquo modo defecerit: totū ad collegatarium pertinet. Coniunctim autē legatur, veluti si quis dicat: Titio & Scio hominem Stichū do, lego. Disiunctim ita, Titio hominē Stichum do lego: Scio hominem

nem Stichum
rit eundem
iunctim

§ Si
emerit
& usufructus
ea ex causa
fundum
fructus
tinet. si
ducto
præsta

§ Si
rit: in
prium
test. E
tur, ne

¶ D

§ Si
gauerit
in ver
Sed &
stat: qu
re po

§ Si
eaque
adim

nem

nem Stichum do, lego. Sed & si expresse-
rit eundem hominem Stichum, æque dis-
iunctim legatum intelligitur.

¶ *De fundo alieno legato.*

§ Si cui ^a fundus alienus legatus sit, &
emerit proprietatem deducto ^b usufructu,
& usufructus ad eum peruenerit, & post-
ea ex testamento agat: rectè eum agere, &
fundum ^c petere, Iulianus ait: quia usufr-
uctus in petitione ^d seruitutis locum ob-
tinet. sed officio iudicis continetur, vt de-
ducto usufructu, iubeat æstimationem
præstari.

¶ *De re legatarij ei inutiliter legata.*

§ Sed si rem ^e legatarij quis ei legaue-
rit ^f: inutile est legatum: quia quod pro-
prium est ipsius, amplius eius fieri non po-
test. Et licet ^g alienauerit eam, non debe-
tur, nec ipsa res, nec æstimatione eius.

¶ *De re testatoris quasi aliena: vel legatarij, que
esset alienata.*

§ Si quis rem suam quasi alienam le-
gauerit: valet legatū, nam plus valet quod
in veritate est, quàm quod in opinione ^h.
Sed & si legatarij esse putauit, valere con-
stat: quia exitum voluntas defuncti habe-
re potest.

¶ *De alienatione rei legata.*

§ Si rem suam legauerit testator, post-
eaque eam alienauerit: Celsus putat, si nō
adimendi animo vēdidit, nihilominus de-

liij.

a Ex l. 82. §.
Fundus. De leg.
1. Pertinet au-
tem hic. §. ad le-
gatum causa lu-
cratusque de qua
suprà.

b Pand Flor.
habent detra-
cto d. §. Fundus.
l. 82.

c Id est, fundi
æstimatione nō
est d. §. Statu-
m. Theoph.

d Id est, Inten-
tione veluti fun-
dum. i. eius pro-
prietatem & v-
sumfr. animo mi-
hi dari oportere.

e Ex l. Pro-
prias, C. hoc tit.

f Purè. §. nō sub
cōditione. l. Mea
res. 97. De cōd.
& demonstr.

g Ex Paul. l.
41. §. 1. De leg. 1.

h l. 4. De ma-
nu. v. i. §.

a Nō extat re-
scriptum, Fac.
l. 12. §. Si rem
suam. De leg.
3. & l. 3. C. cod.
b Extat in d.
l. 3.
c Sumptu he-
redi s. Si verò
quis. subaudi,
testator.

d Ut honorum
possessore.
e Nisi liberatio
sit personalis,
quo casu ad a-
lium non porri-
gitur. l. 7. §. ult.
De liber. leg.
f Fac. l. 3. §.
Nunc. De liber.
leg.
g Ex Pomp. l.
3. §. 1. ill. tit.
h Fac. Paul. l.
29. De leg. 3.
i Id est, præ-
sentem solutio-
nem Theophil.
retractat. Suet.
in Aug. cap. 101.
k l. Verbi, Ad
leg. Falc.

beri: idēque diui Seuerus & Antoninus
rescripserunt ^a. lidem rescripserunt ^b eum,
qui post testamētum factum prædia, quæ
legata erant, pignori dedit, ademisse lega-
tum non videri: & ideo legatarium cum
herede eius agere posse, vt præ dia à cre-
ditore luantur ^c: Si verò quis partem rei
legatæ alienauerit: pars, quæ non est abe-
nata, omnino debetur: pars autem aliena-
ta ita debetur, si non adimendi animo a-
lienata sit.

¶ De liberatione legata.

§ Si quis debitori suo liberationem le-
gauerit, legatum vtile est: & neque ab ipso
debitore, neque ab ^d herede ^e eius potest
heres petere, neque ab alio, qui heredis
loco sit. sed & potest à debitore cōueniri,
vt liberet ^f eum ^g. Potest etiam quis vel ad
tempus iubere, ne heres petat.

¶ De legato debito creditori.

§ Ex cōtrario si debitor creditori suo,
quod debet, legauerit: inutile est legatum,
si nihil plus est in legato, quàm in debito:
quia nihil amplius per legatum habet ^h.
Quòd si in diem, vel sub cōditione debi-
tum ei, purè legauerit: vtile est legatū, pro-
pter repræsentationem ⁱ. Quòd si viuo te-
statore dies venerit, vel conditio extiterit:
Papinianus scripsit vtile esse nihilominus
legatum: quia semel constitit quod & ve-
rum est. Non enim placuit sententia ^k cri-
stimantium

stimant
in eam
non po

§ Se
valet l
quam
cepit
Anton
citer le
certa p
ment
sunt: v
facto
Et si se
redis
res. Si
pse ei
nus se
raueri
nauer
manu
rauer

§
ueri
partu
dinar
quia

g E
l. 62.

stimantium* extinctum esse legatum: quia in eam causam peruenit, à qua incipere non potest.

¶ De dote legata à marito.

§ Sed si vxori maritus dotem legauerit, valet legatum: quia plenius est legatum, quam de dote actio^b. Sed si quam non accepit dotem, legauerit: Diui Seuerus & Antoninus rescripserunt, siquidem simpliciter legauerit, inutile esse legatum: si verò certa pecunia, vel certum corpus aut instrumenta dotis in prælegando^c demonstrata sunt: valere legatum. § Si res^d legata sine facto heredis perierit: legatario decedit. Et si seruus alienus legatus, sine facto heredis manumissus fuerit: non tenetur heres. Si verò heredis seruus legatus sit, & ipse eum manumiserit: teneri ipsum Iulianus scripsit^e. nec interest, sciuerit, an ignorauerit à se legatum esse. Sed & si alij donauerit^f seruum, & is, cui donatus est, eum manumiserit, tenetur heres, quanuis ignorauerit à se eum legatum esse.

¶ De accessione rerum legatarum.

§ Si quis^h ancillas cum suis natis legauerit, etiam si ancillæ mortuæ fuerint, partus legato cedunt. Idem estⁱ, & si ordinarij serui cum vicariis legati fuerint: quia licet mortui sint ordinarij, tamen vi-

g Ex Mart. l. 112. §. 1. De leg. 1. h Ex Paul. l. 3. De pecul. leg. l. 62. De leg. 1. i Ex Caio l. 4. De pecul. leg.

a Paul. fortè intelligit. l. 82.

De leg. 2. cuius sententiam improbat. Papius verò probat.

b Quia statim soluitur legatum, dos non soluto statim matrimonio, sed annua bimatrimonia dicitur.

c Id est, representat. alij legatum, Relegando. relegari enim dos dicitur. i. retrotrahitur. A. C.

d Certa species, scilicet, sic enim Pomp. unde hic locus petitus est. l. 26. §. 1. De leg. 1. Aliud est in corpore incerto. l. Quod

te. Si cert. oper. e Id est, mora & culpa.

f l. 91. §. de illo. De verb. oblig. l. 25. §. Si quis. ad Trebell.

a Ex Paul. l.
1. ill. tit.

b Addit Sca-
uola, vino adhuc
testatore. l. 59.

§. Dnos. Famil.
ercisc ff.

c Fac. l. 5. De
instr. vel instru.
leg.

d Ex Pomp. l.
21. De leg. 1.

e Ex prædicta
l. 21.

f Ex Pomp. l.
Rerū mixtura.

De usucap.

g His verbis si-
gnificabāt vete-
res omnia ad-
ibus iūcta. l. Ca-
tera. §. vlt. De
leg. 1.

h l. 8. §. Vtrum.
De precul leg.

i Libertas: vt
ususfructus lega-
tum non trans-
mittitur ad he-
redes, vt quod
sit personale.
W. f.

carij legato cedunt. Sed si ^a seruus fuerit
cum peculio legatus: mortuo seruo ^b vel
manumisso, vel alienato, peculij legatum
extinguitur. Idē est, si fundus instructus^c,
vel cum instrumento legatus fuerit. Nam
fundo alienato, & instrumenti legatū ex-
tinguitur. § Si grex ^d legatus fuerit, &
postea ad vnā ouem peruenerit: quod
superfuerit, vindicari potest. Grege autem
legato, etiam eas oues, quæ post testamen-
tum factum gregi adiiciuntur, legato ce-
dere, Iulianus ait ^e. Est autem gregis vnū
corpus ex distantibus capitibus: sicut æ-
dium vnū corpus est, ex coherentibus
lapidibus. Ædibus denique legatis, co-
lumnas & marmora^g quæ post testamen-
tum factum adiecta sunt, legato dicimus
cedere.

¶ Pertinet ad titulum De peculio legato.

§ Si peculium legatum fuerit: sine du-
bio quicquid peculio accedit, vel decedit
vivo testatore, legatarij lucro vel damno
est. Quod si post mortem testatoris, ante
aditam hereditatem aliquid seruus acqui-
sierit: Iulianus ait ^b, si quidem ipsi manu-
misso peculium legatū fuerit: omne quod
ante aditam hereditatem acquisitum est,
legatario cedere: quia huiusmodi legati
dies ab adita hereditate cedit ⁱ: sed si ex-
traneo peculium legatū fuerit: non cedere
ea legato, nisi ex rebus peculiaribus au-
ctum

ctum
tem,
debe
suf
ueru
rescr
id re
nia,
derit
viden
liber
ferre

¶ E
§
posse
defu
actio
exeg
hoc
tale
dom
no li

§
tur,
tor

leg. c
confe
leg 3
cede

us fuerit
seruo⁶ vel
legatum
structus⁷
erit. Nam
legatū ex-
tuerit, &
erit: quod
ge autem
testamen-
legato ce-
legis vnū⁸

: sicut z-
erentibus
gatis, co-
testamen-
o dicimus

legato.
t: sine du-
el decedit
el damno
oris, ante
us acqui-
psi manu-
mne quod
isfrum est,
odi legati
: sed si ex-
non cedere
aribus au-
ctum

ctum fuerit peculium. § Peculium au-
tem, nisi legatum fuerit, manumisso non
debetur: quanuis si vnus manumiserit,
sufficit, si non adimatur^a: & ita Diui Se-
uerus & Antoninus rescripserunt^b. Iidem
rescripserunt, peculio legato, non videri
id relictum, vt petitionem habeat pecu-
nia, quam in rationes dominicas impen-
derit. § Iidem rescripserunt, peculium
videri legatum, cum rationibus redditis
liber esse iustus est, & ex eo^c reliqua in-
ferre.

¶ Et corporalia & incorporalia legari possunt.

§ Tam autem corporales^d res legari
possunt, quam incorporales: & ideo quod
defuncto debetur, potest alicui legari, vt
actiones suas heres legatario præstet, nisi
exegerit^e viuis testator pecuniam. nam
hoc casu legatum extinguitur. § Sed &
tale legatum valet, Dānas esto heres meus
domum illius reficere^f: vel, illum are alie-
no liberare.

¶ De legato generali. l. 108 De leg. 1.

§ Si generaliter seruus, vel res alia lege-
tur, electio legatarii^g est, nisi aliud testa-
tor dixerit.

leg. & Paul. Sent. lib. 3. cap. 5. e Iudicio scilicet, quod petebat sit
consecutus l. 7. §. Liberatio. De liber. leg. f Fac. l. 11. §. vlti. De
leg. 3. l. 49. in fi. De leg. 2. Paul. in Sent. ibid. g Hoc ita olim pro-
cedebat, si per vindicationem legabatur. nam si per damnationem

Illius.

a l. Si Stichus.

De pec. leg.

b Non putat

G. extare horū

Principum re-

scriptum, sed

aliud non dissi-

mile, quod tri-

buitur Diocle-

tiano & Maxi-

mi. l. vnica C.

De pecul. eius

qui lib. me

c Hoc est, ex

peculio persol-

uere, cum aliū-

de nō possit ser-

uus. Theoph. In-

telligit autem

reliqua, quæ re-

stant solucnda,

unde reliquato-

res à prudenti-

bus dicti sunt.

l. 102. § 3. De

solutio.

d Fac. l. Cete-

ra. 41. De leg.

1. Vid. tit. De

usu. & usufru-

leg.

electio erat heredis, ut ait Ulp. in frag. eod. tit. Aliud in stipulatione. l. Quicquid. §. 9. De verb. oblig. & alius contractibus, in quibus debitoris est electio. l. Plerumque. De iure dot. Fac. l. 37. & 20. De leg. 1. Est locus obscurus. Vid. l. 39. §. 5. eod.

¶ De optione legata.

a Fac. l. 2. De opt. leg. Ulp. in frag. tit. 24.

b Fac. l. 3. Qui & à quib.

c Tacitā, addunt ex vetust. exemp. Theoph. Ferretus, & Cuiacius.

d Extrat in l. vlt. C. Com. de leg.

e Id frequens est in Inre. l. Sed cum ambo. De iud. l. 3. C. Com. de leg.

f Vt, scilicet, ex testamento capere possint.

§ Optionis ^a legatum, id est, vbi testator ex seruis suis vel aliis rebus optare legatarium iusserat, habebat olim ^b in se conditionem ^c, & ideò nisi ipse legatarius viuus optasset, ad heredem legatum non transmittibat. Sed ex constitutione ^d nostra, & hos in meliorem statum reformatum est, & datum est licentia heredi legatarij optare seruum, licet viuus legatarius hoc non fecerit. Et diligentiore tractatu habito, & hoc in nostra constitutione additum est: siue plures legatarij extiterint, quibus optio relicta est, & dissentiant in corpore eligendo: siue vnius legatarij plures heredes sint, & inter se circa optandum dissentiant, alio aliud corpus eligere cupiente: ne pereat legatum (quod plerique prudentium contra beneuolentiam introducebant) fortunam esse huius optionis iudicem, & sorte ^e hoc esse dirimendum: vt ad quem fors peruenerit, illius sententia in optione præcellat.

Quibus legari possit, vel non.

§ Legari autem illis solum potest, cum quibus testamenti factio est. Incertis verò personis neque legata, neque fideicommissa

missa olim relinqui^a cōcessum erat. Nam ne miles quidem incertæ personæ poterat relinquere, vt diuus Adrianus rescriptit. Incerta autem persona videbatur, quam incerta opinione animo suo testator subiiciebat: veluti si quis ita dicat, Quicumque filio meo, filiam suam in matrimonium dederit, ei heres meus illum fundum dato. Illud quoque, quod iis relinquebatur, qui post testamentum scriptum primi Consules designati essent: æquè incertæ personæ legari videbatur: & denique multæ aliæ huiusmodi species sunt. § Libertas quoque incertæ personæ non videbatur posse dari: quia placebat nominatim seruos liberari. Sub certa verò demonstratione, id est, ex certis personis incertæ personæ rectè legabatur: veluti^b, Ex cognatis meis, qui nunc sunt, si quis filiam meam vxorē duxerit, ei heres meus illam rem dato. Incertis autē personis legata, vel fideicommissa relicta, & per errorem soluta, repeti non posse, sacris constitutionibus^c cautum erat. § Posthumus quoque alieno inutiliter antea legabatur. Est autem alienus^d posthumus, [qui natus inter suos heredes testatori futurus non^e est.] Ideoque ex emancipato filio conceptus nepos, extraneus erat posthumus auo. sed nec huiusmodi species penitus est sine iusta emendatione relicta

a Ratio est apud Ulp. in frag. tit. 22. quoniam incertum esse debet restitutus cōsiliū. Paul. li. 3. Sent.

b Fac. l. Quidam relegatus. De reb. dub.

c Nō extant. Fac. §. ult. De oblig. qua quasi ex contr. nascuntur.

Intelligit autē ea, quæ religio- nis vel pietatis intuitu relicta sunt.

d Qui cum na- tus fuerit, non est futurus inter suos heredes. Duar.

e Inclusa sic legenda Et dissipanda Qui natus, inter suos heredes restatori futurus, non est. Id est, non nascetur suus.

Ulp. q. in fin. p. 20 suo

des

a *Fac. l. 10. De test. tut.*

b *Alc. libr. 9. Plac. c. 1. negati uè legit Theoph. Phil. cōtra Hottom. hīc.*

c *Iure. f. Prato rio. nō iure ciuili §. 1. j. de bo. poss. & §. Seruus etiam. 5. de her. inst.*

d *Ant. Aug. li. 3. c. 8. hāc uocē non agnoscit. Sūprus est autē hic locus ex l. 4. C. de test. Polit.*

Misf. cēt. 1. c. 31 e Fac. l. 4. De leg. 1. l. 4. C. De testa. l. 8. §. 2.

De bō pos. sect. f. l. Ad recog. noscendos. C. De ing. man.

g l. 33 & 17. De condit. & demonstr.

h Seruū domi nostræ ex seruo uel ancilla natū, Theoph. uocat cōtr. hīc Mart. 1. lib. E

pitv in Cecil. uid. Sex Pomp. i Ex Cato d. l. 7. §. Quōd autem. De cond. & demonstr. Fac. l. 2. C. De fals. caus. ad leg.

quum in nostro Codice constitutio posita sit, per quam, & huic parti medemur, non solum in hereditatibus, sed etiam in legatis, & fideicommissis: quod euidenter ex ipsius constitutionis lectione clarescit.

§ Tutor autem nec per nostram constitutionem incertus dari debet: quia certo iudicio debet quis pro tutela suæ posteritati cauere. Posthumus autē alienus, heres institui^b & antē poterat^c, & nunc potest: nisi in utero eius sit, quæ iure nostro vxor esse nō potest. Si quidem in nomine, cognomine, prænomine, agnomine^d legatarij testator errauerit: cum de persona cōstat, nihilominus ualeat^e legatum. Idēque in heredibus seruatur, & rectē. Nomina enim, significandorum^f hominum gratia reperta sunt: qui si alio quolibet modo intelligantur, nihil interest.

¶ *De demonstratione & causa.*

§ Huic proxima est illa iuris regula^g, Falsa demonstratione legatum nō perimi. ueluti si quis ita legauerit, Stichū seruum meum uernam^h do lego. licet enim non uerna, sed emptus sit: si tamē de seruo cōstat, utile est legatum. Et conuenienter, si ita demonstrauerit, Stichum seruum, quem à Scio emi, sitque ab alio emptusⁱ: uile est legatum, si de seruo constat. § Longē magis legato falsa causa adiecta^j non no-

cet: ue
me ab
do leg
capi
lego.
vnquā
libera
ditiō
Iuris^b
tia me

§ A
tur &
quicq
testat
foret
tū des
uolare
cōdit
quirat
in por
rede
etiā si
Nā &
rit te
dies
tas à l
alius
adeat
manu
busve

cc:

cet: veluti cū quis ita dixerit, Titio, quia me absente negotia mea curauit, Stichum do lego: vel ita, Titio, quia patrociniū eius capitali crimine liberatus sum, Stichū do lego. Licet enim neque negotia testatoris vnquā gesserit Titius, neq; patrociniū ei⁹ liberatus sit: legatū tamen valet. Sed si cōditionaliter^e enunciata fuerit caussa, aliud Iuris^b est: veluti hoc modo, Titio, si negotia mea curauerit^c, fundū meum do lego.

¶ *Quomodo seruo heredis rectè legetur.*

§ An seruo heredis rectè legem⁹, quæritur & constat purè inutiliter legari^d, ne quicquā p̄ficere, si viuo testatore de potestate heredis exierit, quia quod inutile foret legatū, si statim post factū testamētū decessisset testator, hoc nō debet idē valere, quia diutiū testator vixerit. ^eSub cōditione verò rectè legatur seruo, vt requiram⁹, an quo tēpore dies legati cedit, in potestate heredis nō sit. Ex diuerso, herede instituto seruo, quin domino rectè etiā sine cōditione legetur^f, nō dubitatur. Nā & si statim post factū testamētū decesserit testator: nō tamē apud eū, q̄ heres sit, dies legati cedere intelligitur: cū hereditas à legato sepata sit^g, & possit p̄ eū seruū alius heres effici, si prius, q̄ iussu domini adeat, in alterius potestate trāslatus sit, vel manumissus, ipse heres efficitur: quib⁹ casibus vtile est legatū. Quod si in eadē caussa

a Per conditionem, Theophil. ἀποτικῶς.

b Quia tamen rationem habet caussa finalis: qua cessante cessat effectus.

c Al. curauit, vt tollatur dubiū an sit prateriti, an futuri tēporis. Theoph. διῳκνωσ. vid. l. 123. De ver. sig.

d Ex regula.

Nemo simul & heres & legatarius esse potest. l. 12. 18. 116. De leg. 1.

e Ex regula Catoiana, l. 1. de reg. Cat.

f Apud seruū heredem institutum.

g Ad alium legatū, ad alium verò hereditati commodum spectat.

permanferit, & iuffu legatarij adierit, eu-
nefcit legatum.

a Paul. lib. 3.
Sēt. cap. 2. Ulp.
in frag. hoc tit.

quia potestas te-
ftamenti in iūū
fumebat ab in-
ftitutione.

b Excepto mi-
litiū teftamēto,
Ulp. ibid.

c Ulp. fcilicet,
l. 35. §. Rerum.
De her. inftit. l.

77. §. Fidei
tua. De leg. 2.
l. 6. De folut.

d Qua quidem
totū, vt ait Ulp.
d. l. 35. §. Rerū,
teftamentū fa-
cit.

e Extat in l.
Ambiguitates.
24. C. De tefta.

f §. Ut. 3. De
donat.

g Vide Ulp. in
frag. tit. 24. Idē
eft de cōtracti-

buis. §. Post mor-
tem. De iurid.
fip. Paul. lib.

3. Sent. tit. 8.
h l. Vnic. C. Vt
ait. ab hered.

¶ Ante heredis institutionem: item post mortem
heredis aut legatarij recte legatur.

§ Ante heredis institutionem inutili-
ter antea legabatur: fcilicet, quia testa-
menta vim ex institutione heredis acci-
piunt, & ob id veluti caput atque funda-
mentum intelligitur totius teftamēti, he-
redis inftitutio. Pari ratione nec libertas
ante heredis inftitutionem dari poterat.
Sed quia inciuile effe putauimus, fcriptu-
ræ ordinem quidem fequi (quod & ipfi
antiquitati vituperandum fuerat vilum)
fperni autem teftatoris voluntatem: per
noftam conftitutionem & hoc vitium
emendauimus: vt liceat & ante heredis
inftitutionem, & inter medias heredis in-
ftitutiones, legatum relinquere: & mul-
tò magis libertatem, cuius vfus fauorabi-
lior eft. § Post mortem quoque here-
dis aut legatarij fimili modo inutiliter le-
gabatur: veluti fi quis ita dicat, Cum
heres meus mortuus fuerit, do lego. Item,
Pridie quam heres aut legatarius mori-
tur. Sed fimili modo & hoc correximus,
firmitatem huiusmodi legatis ad fidei-
commifforum fimilitudinem præftantes:
ne in hoc cafu deterior cauffa legatorum,
quam fideicomifforum inueniatur.

§ Po-
tea lega-
rebatu-
detur,
linquitu-
faciat:
meus fi-
tio colle-
locauer-
ita fcrip-
chum a-
lienauer-
tātū h-
plurimi-
fignific-
quod ei-
militis
lebant:
ordinar-
tur: quin-
dari pot-
dem po-
exiftim-
heres et-
moniu-
heres et-
tione T-
tione, a-
modi f-

licerit, cui.

¶ De eo quod pœna nomine, legabatur, adimebatur, vel transferebatur.

§ Pœnæ quoque nomine inutiliter antea legabatur^a, & adimebatur, vel transferebatur. Pœnæ autem nomine legari videtur, quod coercendi heredis causa relinquitur, quò magis aliquid faciat, aut nō faciat: veluti si quis ita scripserit, Heres meus si filiam suam in matrimonium Titio collocauerit: vel ex diuerso, Si non collocauerit, dato decem aureos Scio: aut si ita scripserit, Heres meus si seruum Stichum alienauerit: vel ex diuerso, Si non alienauerit, Titio decem aureos dato. Et in tantum hæc regula obseruabatur, vt quàm plurimis principalibus constitutionibus^b significaretur, nec principem agnoscere quod ei pœnæ nomine legatum^c sit nec ex militis quidem testamento talia legata valebant: quãuis aliæ militum voluntates in ordinandis testamentis valde obseruabantur: quinetiã nec libertates pœnæ nomine dari posse placebat. eò amplius nec heredem pœnæ nomine adiici posse^d, Sabinus existimabat: veluti si quis ita dicat, Titius heres esto, si Titius filiam suam in matrimonium Scio collocauerit, Scius quoque heres esto. Nihil enim intererat, qua ratione Titius coerceretur, vtrum legati datione, an coheredis adiectione. Sed huiusmodi scrupulositas nobis non placuit: &

a l. 1. De penis, leg. l. 1. §. Item si. Ad leg. Fal. vid. Zas in intell. singular. & Alc in Nap. an stipulatio pœnalis nouit præcedentem Ulp. in frag. tit. 24.

b Non extat. fac. §. vi. Quibus mod. test. infir. c l. vnic. C. de his quæ pœn. nom. relin.

d Non enim tam coheredis institutio quàm heredi interminatio & pœna apposita videbatur. & es.

a *l. unic. C. De his, quæ pæn. nomi.*

b *Id est, disciplina, sic in l. ult. in fi. C. De pæf.*

c *Vid. tit. De admi. vel trās. leg. ff.*

d *l. 17. C. De leg. l. 3. hinc.*

e *Sine ulla scriptura, nuda voluntate, legata & fideicommissa adimuntur. l. si iure. 18. De legat. 3.*

f *Vid. l. Sicut adimi. De adim. lega.*

g *Etia si nulla sit cū eo testamenti factio,*

Plp. l. Plane vbi. De leg. 1.

h *Sed & si simpliciter & generaliter ita dixerit, Quod Titio legavi, id*

Seio do lego, intelligitur ademptio, & trāslatio.

generaliter ea, quæ relinquūtur, licet pænæ nomine fuerint relicta, vel adēpta, vel in aliū translata, nihil distare à cæteris legatis cōstituimus, vel in dādo, vel in adimendo, vel in trāsferendo: exceptis videlicet iis, quæ impossibilia sunt, vel legib⁹ interdīcta, aut aliās probrosa. Huiusmodi enim testamētorum dispositiones valere, secta^b meorum temporum non patitur.

DE ADEPTIONE LEGATORUM, & translatione.

TITVLVS XXI.

¶ Legatum & eodem testamento & codicillis tum adimi tum in alium transferri quibusque verbis potest.



Ademptio legatorū (siue eodem testamento adimātur, siue codicillis) firma est^a, sed & siue contrariis verbis^c fiat ademptio: veluti si quis ita quid legauerit, Do, lego: ita adimatur, Non do, non lego: siue non contrariis, sed aliis quibuscunque verbis. Trāsferri quoque legatum ab alio ad alium^d potest: veluti si quis ita dixerit: Homine Stichum, quem Titio legavi, Seio do, lego: siue in eodem testamento, siue in codicillis hoc fecerit. quo casu simul & Titio adimī detur, & Seio dari.

DE LEGE FALCIDIA.

TITVLVS XXII.

¶ *Causa & summa legis Falcidia.*

Supererit vt de lege Falcidia dispiciamus, qua modus nouissimè legatis impositus est. Cùm enim olim lege duodecim tabularum libera erat legandi potestas, vt liceret, vel totum patrimoniũ legatis erogare (quippe cùm ea lege ita cautum esset, Vti quisque legasset, sua rei, ita ius esto) visum est hanc legandi licentiam coarctare, idque ipsorum testatorũ gratia prouisum est, ob id, q̄ plerunque intestati moriebantur reculantibus scriptis heredibus pro nullo aut minimo lucro ^b hereditates adire. Et cùm super hoc tam ^c lex Furia^d, quàm lex Voconia^e latae sunt, quarum neutra sufficiens ad rei consummationem videbatur: nouissimè lata est lex Falcidia, qua cauetur, ne plus legare liceat, quàm dodrantem totorum bonorum: id est, vt siue vnus heres institutus sit, siue plures, apud eũ cõsue pars quarta remaneat.

¶ *Not. Cuius Legata qua dodrantem excedunt, hereditatem onerare dicuntur: qua assẽm absumunt, exhaurire: quae dodrantem non excedunt, delibare. Igitur per legem Falcidiam delibari hereditas potest, non onerari, non exhauriri.*

a Caius 2. Inst. tit. 6. Ulpia. in fragm. tit. 24. Harmen lib. 5. tit. 9. Sigon. De Iur antiq. cin. Rom. lib. 1. ca. 12. Duar. Disp. cap. 58. & li. 2. cap. 10. Paul. lib. 3. Senti. tit. 8. b Et sapius magno dispendio, quia & a ris alieni, & praestandi legati onus susceperet heres, nondum inuẽto inuentarij beneficio. c Super arctã da legandi licentia. d Ulp. in frag. tit. 1. & 28. Eã tulit Furius Tribunus pleb. ne supra 100. asses legare, mortisue causa donare liceret. e Qua cautio est, ne legata riuus plus haberet, quam heres. Theoph. & Cic. 3. in Verr. f .i. 9. vinciat.

§ Et cum quaesitum esset, duobus heredibus institutis (veluti Titio & Seio) si Titij pars, aut tota exhausta sit legatis, quæ nominatim ab eo data sunt, aut supra modum onerata: à Seio verò, aut nulla relicta sint legata, aut quæ partem eius duntaxat in partem diminuant: an (quia is quartam partem totius hereditatis, aut amplius habet) Titio nihil ex legatis, quæ ab eo relicta sunt, retinere liceat, ut quartam partem suæ partis saluam habeat? placuit posse retinere^a. etenim in singulis heredibus ratio legis Falcidiae ponenda est. § Quantitas^b autem patrimonij^c, ad quam ratio legis Falcidiae redigitur, mortis tempore spectatur. Itaque (verbi gratia) si is, qui centum aureorum patrimonium in bonis habeat, centum aureos legauerit: nihil legatariis prodest^d, si ante aditam hereditatem per seruos hereditarios, aut ex parte ancillarum hereditariarum, aut ex fructu pecorum tantum accesserit hereditati, ut centum aureis legatorum nomine erogatis, heres quartam partem hereditatis habiturus sit: sed necesse est, ut nihilominus quarta pars legatis detrahatur^e. § Ex diverso, si septuagintaquinque legauerit, & ante aditam hereditatem in tantum decreuerint bona (incendiis fortè, aut naufragiis, aut morte seruorum) ut non amplius, quam septuagintaquinque aureorum

a *Fac. l. In singulis 77. h. c.*

b *Hic. §. Ex Cajo. l. In quantitate. 73. Fac. l. in ratione. 30. hoc tit.*

c *Res hereditarias intellige. Theoph. τὸς τῷ τελεθ' τῆσ' αὐτοῦ ἰσίας.*

d *Quo & legata cedunt.*

e *Nec nocet, si quod damnus contingat. Theoph. & d. l. 73.*

f *Nam omnem commodum & incommodum hereditatis ad heredem pertinet: non ad legatarios l. in ratione. D. eod. W. f.*

DE
rum su
tur: sc
damne
adire
necess
nihil c
ne pac

§ D
r
ia
d

§ C
nitor,
funer
missio
tio ha
reden
gatar
portio
tum
dring
mon
ri op
pars
Quo
sing
quing
quart
hendu
tate
hered

obus here.
Scio) si Ti.
gatis, quæ
supra mo
ulla relicta
duntaxat
is quartam
amplius ha
ab eo reli
rtā partem
cui posse
redibus ra
§ Quanti
m ratio le
tempore
a) si is, qui
im in bonis
it: nihil le
n heredita
te ex parte
ut ex facta
ereditati, vt
ine eroga
editatis ha
nihilominus
f. § Ex de
gauerit, di
antum de
è, aut na
vt non am
que auro
rum

rum substantia, vel etiam minus relinqua-
tur: solida legata debentur^a. Nec ea res
damnosa est heredi, cui liberum est non
adire hereditatem. quæ res efficit, vt sit
necesse legatariis, nõ destituto^b testamēto
nihil cõsequantur, cum herede in portio-
ne pacisci.

¶ *Deductis omnibus qua Falcidiam, nõ patiun-
tur, & qua extra bona defuncti esse cõsentur,
id quod superest pro dodrante & quadrante
diuiditur inter heredem & legatarios. l. c.*

§ Cum autem ratio legis Falcidiæ po-
nitur, antè deducitur æs alienum^c, item
funeris impensa^d, & precia seruorũ manu-
missorum: tunc demum in reliquo ita ra-
tio habetur, vt ex eo quarta pars apud he-
redem remaneat; tres verò partes inter le-
gatarios distribuuntur pro rata scilicet
portione eius, quod cuique eorum lega-
tum fuerit. § Itaque^e si fingamus qua-
dringentos aureos legatos esse, & patri-
monij quantitatem, ex qua legata eroga-
ri oportet, quadringentorum esse: quarta
pars legatariis singulis debet detrahi.
Quòd si trecentos quinquaginta legatos
fingamus, octaua debet detrahi. Quòd si
quingentos legauerit: initio quinta, deinde
quarta detrahi debet. Antè enim detra-
hendum est, quod extra bonorum quan-
tatem est, deinde quod ex bonis apud
heredem remanere oportet.

m. iij.

a *Qui ares pe-
rit domino. l. pi-
gnus. C. de pig.
act. Wef.*

b *Nullo s. he-
rede adire vo-
lente. d. l. 73.*

c *Quo nõ de-
ducto; nihil in
bonis esse credi-
tur. l. Subsigna-
tum. 39. §. 1.
De verb. sig.*

c *Cum causa
est maxime fa-
uorabilis. l. pen.
De relig. Fac.
l. 6, C. hoc sit.
Funeris autem
appellatione in-
telligitur quic-
quid corporis
causa antequã
sepeliatur con-
sumptum est.
e *Ex Caio d. l.
In quantitate.
§. vii. hie.**

a *Inclusa de-
sunt in Vet. C.*

b *De vniuer-
salibus prius dis-
serit, de singu-
laribus aget
prox. in Pan-
dectu contra. l.*

1. *in princ. ad
Trebell.*

c *Ulp. in frag.
tit. 25. Fab. lib.*

9. *cap. 11. Paul.
Sent. ii 4. tit. 1.*

d *Puta pere-
grinis. Theoph.*

Exemplū est 1.

*Verr. De Tre-
bonij testamēto.*

¶ 2. De finib.

e *Qua causssa
fuit, cur heredu
fidei bona com-
mitterentur. Vi-
de Theoph.*

f *Pompon. id
Claudio Casari
tribuit. l. 2. §.*

*Capta. De orig.
Iur. Sueton. in
Claud. cap. 23.*

Fab. lib. 3. cap.

6. Ulp. in frag. tit. 25.

g Hic modo, vt Augustum saluum & v-

colomē cupis. ita promittu. sic iuratur per salutem principis l. 5. De

inre iur. H. h Nondum vlla de fideicommissō perseguendo prodi-

ta actione à iudice, ex equo & bono impetrabatur extraordinaria. Pecunia verbum. 78. §. A. Fieni De verb. sig.

DE FIDEICOMMISSARIIS

hereditatibus, [& ad Senatuscon-
sultum Trebellianum.]

TITVLVS XXIII.

N

Vac transeamus ad fideicommi-
ssa. sed prius est, vt de heredita-
tibus fideicommissariis videa-
mus. Sciendum itaque est, omnia fideicom-
missa primis temporibus ^c infirma fuisse
quia nemo inuitus cogebatur prestare id,
de quo rogatus erat. Quibus ^d enim non
poterāt hereditatem vel legata relinque-
re, si relinquebāt, fidei committebant eor-
um, qui capere ex testamento poterat
[hereditatem.] Et ideo fideicommissa ap-
pellata sunt, quia nullo vinculo iuris, sed
tantum pudore eorum, qui rogabantur,
continebantur. Postea diuus Augustus
primus, semel iterumque gratia persona-
rum motus, vel quia per ipsius salutem
rogatus quis diceretur, aut ob insignem
quorundam perfidiam, iussit, Consulibus
authoritatem suam interponere ^b. Quod

quia

quia i
paulat
risdis
ctus e
prius
dicere
laban
opus
to her
mitta
tuat.
quo n
aliqui
sto: p
cum
adire
test a
da h
purē
com
stitu
restit
is ve
do h
betur
Treb
Con
est
fidei
actio
hero

quia iustum videbatur, & populare erat: paulatim conuersum est in afsiduam iurisdictionem: tantusque eorum fauor factus est, vt paulatim etiam Prætor^a proprius crearetur, qui de fideicommissis ius diceret, quem fideicommissarium appellabant. § In primis igitur sciendum est, opus esse, vt aliquis recto iure testamento heres instituat^b: eiusque fidei committatur, vt eam hereditatem alij restituat. alioquin inutile est testamentum, in quo nemo heres instituitur. Cùm igitur aliquis scripserit, Lucius Titius heres esto: potest adiicere, R ogo te Luci Titi, vt cùm primùm poteris hereditatem meam adire, eam Caio Scio reddas restituas. Potest autem quisque & de parte restituenda heredem rogare: & liberum est, vel purè, vel sub conditione relinquere fideicommissum, vel ex certo die^c. § Restituta autem hereditate, is quidem, qui restituit, nihilominus heres^d permanet: is verò, qui recepit hereditatem, aliquando heredis, aliquando legatarij loco habetur. Et Neronis quidem temporibus, Trebellio Maximo & Anneo Seneca Consulibus, Senatusconsultum factum est: quo cautum est, vt si hereditas ex fideicommissi causa restituta sit, omnes actiones, quæ iure ciuili heredi^f, & in heredem competere, ei, & in eum

m.iii.

a l.2.C. Qui potio. in pign. hab. l. 78. §. Per. De leg. 3.

b Heredis institutio est caput testamenti §. Ante heredis. De legat. 3. Quam fieri necesse est, vt rectè fideicommissaria relinquatur hereditas.

c Veluti post biennium quam excessero.

d Qui semel heres fuit, non desinit esse heres. l. Ei qui. De hered. inst. l. 1. Ad Trebell.

e l. 1. Ad Tre. Hi autem collegati fuerunt, A. V. C. 814. Vide Onuphrium in Fast. Imperatorum Roman. f De solenni emptæ & venditæ hereditatis stipulatione. Theoph. h. c. Vide l. 50. De verb. oblig.

*a Sine vlla sti-
pulatione, aut
cessione.*

*b Actio vtilis,
l. 4. si quadru.
paup. Vide Fr.
Duar. Diss. lib.
2. cap. 4.*

*c Horum non
meminerunt fi-
sti. Vide Paul.
lib. 4. Sent. tit.
23.*

*d Id est, do-
drantem.*

*e Id est, eius
legatarij, qui
partem dimi-
diam acciperet.
Theoph.*

*f Vlp. in frag.
tit. 25. tit. 14.
& 24. Cic. 2. De
legib. l. Nomen.
164. §. Parti-
tionis. De verb.
sig. De stipula-
tione antiqua ds
videnda heredi-
tatis inter here-
dem & legata-
riū. Theoph. hñc.*

darentur ^a, qui ex fideicommissio restituta
esset hereditas. Post quod Senatusconsultum
Prætor vtilis ^b actiones ei, & in eum,
qui recepit hereditatem, quasi heredi, & in
heredem dare cœpit. § Sed quia heredes
scripti, cū aut totam hereditatem, aut
penē totam plerunque restituere roga-
bantur, adire hereditatem ob nullum, vel
minimum lucrum recusabant: atque ob
id extinguiebantur fideicommissa. Postea
Vespasiani augusti temporibus, Pegaso
& Pufione ^c Consulibus, Senatus censuit,
vt ei, qui rogatus esset hereditatem re-
stituere, perinde liceret quartam partem
retinere, atque ex lege Falcidia ex le-
gatis retinere conceditur. Ex singulis
quoque rebus, quæ per fideicommissum
relinquuntur, eadem retentio permilla
est. § Post quod Senatusconsultum ipse
heres onera hereditaria sustinebat: ille au-
tem, qui ex fideicommissio recipiebat par-
tem ^d hereditatis, legatarij partiarj loco ce-
rat, id est, eius legatarij ^e, cui pars bonorū
legabatur, quæ species legati, partitio vo-
cabatur, quia cum herede legatarius par-
tiebatur hereditatem. Vnde quæ solebant
stipulationes inter heredem & partia-
rium legatarium interponi, eadem inter-
ponebatur inter eum, qui ex fideicom-
missio recepit hereditatem, & heredem id
est, vt, lucrum & damnum hereditarium

pro

pro rata parte inter eos commune esset.

§ Ergo si quidē non plūs,quā dōdran-
tem^a hereditatis scriptus heres rogatus sit
restituere^b, tūc ex Trebelliano Senatuscō-
sulto restituēbatur hereditas, & in vtrun-
que actiones hereditariæ pro parte rata
dabantur: in heredem quidem iure ciuili:
in eum verò, qui recipiebat hereditatem
ex Senatusconsulto Trebelliano, tanquam
in heredem. At si plūs, quā dōdrantem,
vel etiam totam hereditatem restituere
rogatus esset: locus erat Pegasiano^c Sena-
tusconsulto: & heres, qui semel adierat he-
reditatem (si modò sua volūtate adierat)
siue retinuerat quartam partem, siue reti-
nere noluerat: ipse vniuersa onera heredi-
taria sustinebat. Sed quarta quidē retenta,
quasi partis & pro parte stipulationes^d inter-
ponebantur, tanquam inter partiarium
legatarium & heredem: si verò totam he-
reditatem restitueret^e, emptæ & venditæ
hereditatis stipulationes interponebātur.
Sed si recusabat scriptus heres adire he-
reditatem, ob id, quòd diceret eam sibi sus-
pectam esse, quasi damnosam, cauebatur
Pegasiano Senatusconsulto, vt desiderāte
eo, cui restituere rogatus esset, iussu Præ-
toris adiret, & restitueret hereditatem:
perindēque ei & in eū, qui reciperet here-
ditatem, actiones darentur: ac iuris est^f ex
Trebelliano Senatuscōsulto, quo casu nul-

a Id est, vni-
cias nouem.

b Ita vt nul-
lus quartæ do-
ductione opus sit
quon quartam
ex volūtate re-
statoris reti-
neat. Vef.

c Nam hoc
quarta dedu-
ctionem in fi-
deicommissis in-
duxit, à S. C.
Trebelliano om-
missam. Vef.

d Paul. lib. 4.
Sen. tit. 1.

e Ex Pegasia-
no Senatuscon-
sulto.

f Hunc locum
interpretatur

Vlp. l. 4. Ad

Trebell. Caius l.

Si quis omiffa.

ff. Si quis omiffa.
caus. iesta.

g Id est, Sena-
tuscōsulto Tre-
belliano caue-
tur.

a *Nū ex Trebelliano actiones transferuntur, ex Pegasiano coactus adit. Hocom.*
 b *Nec profectio iniuria: ad fugiēdos, solutum quasi anfractus.*
 c *Sic Iustin. in præfat. Pand. reiecto Senatuscons. Pegasiano, eiusq; captivos ambagibus, Trebelliano soli locum esse voluit.*
 d *Trebellianū enim factum est sub Augusto: Pegasianum sub Vespasiano.*
 e *Reiecto etiam vltro quadrante*
 f *Qua ex ipsius testatoris hereditate veniunt, nō post aditā hereditatē quaest. l. Qui ita. 76. §. Si dānū. Ad Trebell.*

lis stipulationibus est opus: quia simul & huic, qui restituit, securitas datur: & actiones hereditariæ ei, & in eum transferuntur, qui recipit hereditatem: utroque Senatusconsulto in hac specie cōcurrente. § Sed quia stipulationes ex Senatusconsulto Pegasiano descendentes, & ipsi antiquitati displicuerunt^b, & quibusdam casibus captiosas eas homo excelsi ingenij Papinianus appellat: & nobis in legibus magis simplicitas, quàm difficultas placet: ideo omnibus nobis suggestis tam similitudinibus, quàm differentiis vtriusque Senatusconsulti, placuit, explorato Senatusconsulto Pegasiano, quod postea superuenit^d, omnem authoritatē Trebelliano Senatusconsulto præstare, ut ex eo fideicommissariæ hereditates restituantur: siue habeat heres ex voluntate testatoris quartam, siue plus, siue minus, siue nihil penitus: ut tunc quādo vel nihil, vel minus quarta apud eū remanet, liceat ei vel quartam, vel quod deest, ex nostra authoritate retinere: vel repetere solutū, quasi ex Trebelliano S. C. pro rata portione: actionibus, tam in heredem, quàm in fideicommissarium competentibus. § Si verò totam hereditatem sponte restituerit: omnes hereditariæ actiones fideicommissario, & aduersus eum competāt. Sed etiam id, quod præcipuum Pegasiani Senatusconsulti fuerat, ut quādo recusaret

recusaret heres scriptus sibi datam hereditatem adire, necessitas ei imponeretur totam hereditatem volenti fideicommissario restituere, & omnes ad eum & contra eum transferre actiones: & hoc transfposuimus ad Senatusconsultum Trebellianum, vt ex hoc solo necessitas heredi imponatur, si ipso nolente adire, fideicommissarius ^a desideret ^b restitui sibi hereditatem: nullo nec damno nec commodo apud heredem remanente. § Nihil autem interest, vtrum aliquis ex asse ^c heres institutus, aut totam hereditatem, aut pro parte restituere rogatur: an ex parte ^d heres institutus, aut totam eam partem, aut partem partis restituere rogatur. Nam & hoc casu eadem obseruari præcipimus, quæ in totius hereditatis restitutione diximus.

§ Si quis vna aliqua re deducta, siue præcepta, quæ quartam continet (veluti fundo, vel alia re ^e) rogatus sit restituere hereditatem: simili modo ex Trebelliano Senatusconsulto restitutio fiat, perinde ac si quarta parte retenta rogatus esset reliquam hereditatem restituere. § Sed illud ^f interest, quòd altero casu, id est, cum deducta, siue præcepta aliqua re, restituitur hereditas: in solidum ex eo Senatusconsulto actiones transferuntur: & res, quæ remanet apud heredem, sine vilo onere ^g hereditario apud eum rema-

a Vel certe eius nomine procurator. d. l.

Qui ita. §. 1.

b Prætor enim in cogendo officium non imperit, nisi fuerit postulatum l. 4.

§. Hoc autem. De dam. infest. Wes.

c Id est, in solidum.

d Puta, ex fideicommissi.

e Singulari.

f Hic locus ex Mart. l. Si leg. 30. §. Multum interest. Ad Tre.

g Quia hic heres non retinet ius vllum vniuersitatis: sed tantum habet rem singulararem vt legatarius. Wes.

net, quasi ex legato ei acquisita. altero vero casu, id est, cum quarta parte retenta, rogatus est heres restituere hereditatem, & restituit: scinduntur actiones, & pro dodrante quidem transferuntur ad fideicommissarium, pro quadrante remanet apud heredem. §. Quinetiam licet vna re aliqua deducta, aut præcepta restituere aliquis hereditatem rogatus sit, in qua maxima pars hereditatis contineatur: æque in solidum transferuntur actiones. Et secum deliberare debet is, cui restituitur hereditas, an expediat sibi restitui. Eadem scilicet interueniunt, & si, duabus pluribusve deductis præceptisve rebus, restituere hereditatem rogatus sit. Sed etsi certa summa deducta præceptave (quæ quartam vel etiam maximam partem hereditatis continet) rogatus sit aliquis hereditatem restituere: idem iuris est. Quæ autem diximus de eo, qui ex asse institutus est: eadem transferimus & ad eum, qui ex parte heres scriptus est. §. Præterea intestatus quoque moriturus, potest rogare eum, ad quæ bona sua vel legitimo iure, vel honorario pertinere intelligit: ut hereditatem suam totam, partemve eius, aut rem aliquam (veluti fundum, hominem, pecuniam) alicui restituatur: cum alioqui legata nisi ex testamento, non valeant. Eum quoque, cui aliquid restituitur, potest rogare: ut id rursus alij aut totum,

a *Quod si plus quarta contineatur, heres etiam legatarius in id tenetur quod quartam excedit, videlicet si plus legatarius debeatur quam ad fideicommissarium pervenerit.*

b *Ulp. l. 6. §. Meminisse. Ad Trebell.*

c *Unde apparet legatorum & fideicommissorum discrimen. Fac. l. pen. De leg. 1. Caus. 2. Instit. cap. 7.*

d *Hic locus ex Ulp. l. 1. §. De illo. Ad Trebell.*

tum
rest
tum
tam
ideo
ea r
pen
Tri
stor
feci
fide
tem
& n
test
giti
ri: s
mo
pat
fide
liqu
imp
se l
rad
lum
iuf
aut
vel
co
sta
fer
dei

tum, aut partem, vel etiam aliquid aliud restituat. § Et quia prima fideicommissorum cunabula à fide heredum pendent, & tam nomen, quàm substantiam acceperunt: ideo diuus Augustus ad necessitatē iuris ea retraxit^a. Nuper & nos eundem principem superare contēdentes, ex facto, quod Tribonianus vir excellentissimus^b Quæstor sacri palatij suggessit, cōstitutionem^c fecimus: per quā disposuimus, Si testator fidei heredis sui commisit, vt vel hereditatem, vel speciale fideicōmissum restituat: & neque ex scriptura, neque ex quinque testium numero (qui in fideicōmissis legitimus esse noscitur) possit res manifesta: sed vel pauciores, quàm quinque, vel nemo penitus testis interuenerit: tunc siue pater heredis, siue alius quicumque sit, qui fidem heredis elegerit, & ab eo restitui aliquid voluerit: si heres perfidia tentus adimplere fidem recusat, negādo rem ita esse subsequutam: si fideicōmissarius iusiurandū ei detulerit, cum prius ipse de calumnia^d iurauerit: necesse eum habere, vel iusiurandū subire, q̄ nihil tale à testatore audiuerit: vel recusantem, ad fideicōmissi vel vniuersalis, vel specialis solutionem coarctari: ne depereat vltima voluntas testatoris fidei heredis cōmissa. Eadem obseruari cenluimus, & si à legatario vel fideicōmissario aliquid similiter relictum

a *Quidā eod. habent, ea detrahit. Legendum autē censet Cuiac, eadem traxit.*

b *Ver. vir excelsus.*

c *Extat in l. ult. C. De fideicom.*

d *Id est de calumnia. i. se non animo calumniandi iusiurandū deferre, in ἢ χῆρ' ουκ εἰδέντις ἐπιείρηστος Theoph. Fac. locus Platonis 2. de legib.*

altero
retenta,
ditatem,
pro do-
fideicom
ēt apud
qua de-
quis he-
ma pars
solidūm
liberare
s, an ex-
interue
Etis præ-
tatem ro-
deducta
iam ma-
ret^a)ro-
ituere: i-
us de eo,
ransferi-
i scriptur
moritu-
a sua vel
inere in-
tam, par-
luti fun-
restituat
ēto, non
restitu-
ij aut ro-
cum,

a *Inclusa de-
sunt in Ver.*

b *Scilicet, qui-
que testes non
intervenisse.*

fit. Quòd si is, à quo relictū dicitur, [post-
quam negauerit ^a] confiteatur quidē ali-
quid à se relictum esse, sed ad legis subtili-
tatem recurrat ^b: omnino solvere cogen-
dus est.



DE SINGVLIS^c REBVS

per fideicommissum
relictis.

TITVLVS XXIIII.

c *Fideicommissa
singularia sunt,
veluti, Rogo te
heres, vt fundū
Scianum Titio
restituas: vni-
uersalia verò,
Peto, vt here-
ditatē reddas.*

¶ Notat D Cuiac. Legata ex ipso testamento, Fi-
deicommissa ex fide heredis pendere. vt nulli
Suidas defendit legata, τα εν διαδοχαις
Fideicommissa. τα εν μεση κατα μνησι-
μωτα υπο τα μηδοντος τα δε ταυ. Illa igitur
sunt directa, hac non item.

Potest tamen quis etiam singulas
res per fideicommissum relinque-
re: veluti fundū, argētum, homi-
nem, vestem, & pecuniā numeratā: & vel
ipsum heredem rogare, vt alicui restituat,
vel legatarium, quanuis à legatario ^d legari
non possit. § Potest autem non solum
proprias res testator per fideicommissum
relinquere: sed & heredis, aut legatarij, aut
fideicommissarij, aut cuiuslibet alterius.
Itaque & legatarius, & fideicommissarius,
non solum de ea re rogari potest, vt eam
alicui restituat, quæ ei relicta sit: sed etiam
de

d *Alia est le-
gati & fideicom-
missi differētia.
Caius 2. Instit.
tit. 7. Ulpian. in
frag. tit. De le-
gat. Fac. l. 2. C.
Com. de leg.*

de alia, siue ipsius, siue aliena sit. Hoc solum^a obseruandum est, ne plus^b quisquam rogetur alicui restituere, quam ipse ex testamento^c coperit. nam quod amplius est, inutiliter relinquitur. Cum autem aliena res per fideicommissum relinquitur: necesse est ei, qui rogatus est, aut ipsam redimere & prestare, aut aestimationem eius soluere. § Libertas^d quoque seruo per fideicommissum dari potest, vt heres eum rogetur manumittere, vel legatarius, vel fideicommissarius: nec interest, vtrum de suo proprio seruo testator roget, an de eo, qui ipsius heredis aut legatarij vel etiam extranei sit^e. Itaque & alienus seruus redimi^f & manumitti debet. Quod si dominus eum non vedat: si modò nihil ex iudicio eius, qui reliquit libertatem, perceperit: non statim extinguitur fideicommissaria libertas, sed differtur: quoad possit tempore procedente, vbicumque occasio serui redimendi fuerit, prestari libertas. § Qui autem ex fideicommissi^g causa manumittitur non testatoris sit libertus (etiam si testatoris seruus sit) sed eius qui manumittit. At is, qui directò ex testamento^h liber esse iubetur, ipsius testatoris libertus sit: qui etiam Orcinusⁱ appellatur. Nec alius vllus directò ex testamento libertatem

videt, quod ab eo manumittitur, qui in Orcum demittitur, Theophil. Fac. l. 10. C. De test. man.

a Fac. l. 1. §. Si is. Ad Trebel.

b Saltem vt caturidem praestet, rogari pot.

c Vel certè ex alia testatoris voluntate: quia ab intestato relinqui possit fideicommissum. § tit. prox.

d Hic loc. videtur esse descriptus ex l. Libertates. ff. De fideicom. libert.

e Dumodò sit eum eo testamenti factio. Fac. l. Alieno. De fideicom. libert.

f Quod sit fructuare libertatis, nõ idè in re pecuniaria l. Paul. 39. De fideicom. libert.

g Hic loc. ex l. Deberi. C. De fideicom. libert.

h Fac. l. His, quibus C. ill. ti.

i Theoph. vocat ζαγορία.

a *l. seruus, 25.*
l. si seruus, 30. de
man. test.

b *l. quidā, 19.*
de man. test.

c *Fac. l. Fidei-*
commissa, 11. in
princ. De leg. 3.
¶ l. 2. C. Com.
de leg. Caus. 2.
Inst. tit. 5. Ulp.
in frag. tit. 24.
Paul. libr. 4.
Sent. tit. 1.

d *Volo. i. cu-*
pio. mando. i.
committo. hæc
verba impera-
tiva non sunt,
sed precaria.

e *Hoc est, mo-*
reretur. Theo-
philus videtur
legisse, discede-
ret in Africa.
 f *Facto Romæ*
testamento.

g *Vide. Duar.*
2. Disp. cap. 6.

h *Quem here-*
dem instituerat
vnā cum filia
et aliis quibus-
dā. vt Theoph.

habere potest, quàm qui vtroque tempore testatoris fuerit^a, & quo faceret testamētum, & quo moreretur. Directò autem libertas tunc dari videtur cùm non ab alio seruum manumitti rogat, sed velut ex suo testamento libertatem ei competere^b vult.

§ Verba autem fideicommissorum^c hæc maximè in vsu habentur: Peto, rogo, volo, mando^d, fidei tuæ committo. quæ perinde singula firma sunt, atque si omnia in vnum congesta essent.



DE CODICILLIS.

TITVLVS XXV.

¶ *Codicilli sunt, eorum quæ in testamento testatoris voluntati desunt, supplementum. Theophil. Harmeno lib. 5. tit. 7.*

Ante Augusti tempora cõstat codicillorum ius in vsu non fuisse, sed primus Lucius Lentulus (ex cuius persona etiam fideicommissa lessej cœperunt) codicillos introduxit. Nam cū decederet^e in Africa, scripsit codicillos^f testamento confirmatos^g, quibus ab Augusto^h petiit per fideicommissum, vt faceret aliquid. Et cùm diuus Augustus voluntatem eius impleisset, deinceps reliqui eius auctoritatem

autho-
 staban-
 debet
 stus
 eos Tr
 ritas n
 recipi
 dicillo
 Auguſt
 cessari
 & long
 res fui
 non po
 quæ te
 cisset,
 dicilli
 tantum
 quis co
 quis de
 potest.
 dicilli
 vires ha
 tate cor
 Antoni
 qui test
 commi
 stament
 dicillis
 dicillis

*collige, cū
 rebatur*

auctoritatem sequuti, fideicommissa præ-
 stabant: & filia Lentuli legata, quæ iure nõ
 debebat, soluit. § Dicitur autem Augu-
 stus conuocasse sapientes viros, inter que
 eos Trebatium quoque, cuius tunc autho-
 ritas maxima erat, & quæsisse: an posset
 recipi hoc nec absõnã à iuris ratione co-
 dicillorũ vsus esset: & Trebatium^b sua fuisse
 Augusto: quòd diceret vtilissimum & ne-
 cessariũ hoc ciuibus esse, propter magnas
 & longas peregrinationes, quæ apud vete-
 res fuissent: vbi si quis testamẽtum facere
 non posset^c, tamen codicillos posset. Post
 quæ tempora, cum & Labeo^d codicillos fe-
 cisset, iam nemini dubium erat, quin co-
 dicilli iure optimo admitterentur. § Non
 tantũ autem testamento facto potest
 quis codicillos facere, sed & intestatus
 quis decedens fideicommittere codicillis
 potest. Sed cum ante testamẽtum factũ co-
 dicilli facti erant: Papinianus^e ait, nõ aliter
 vires habere, quàm si speciali postea volũ-
 tate confirmentur. § Sed diui Severus &
 Antoninus rescripserunt: ex iis codicillis,
 qui testamentum præcedunt, posse fidei-
 commissum peti: si appareat^f eum, qui tes-
 tamentum fecit, à voluntate, quam in co-
 dicillis expresserat, non recessisse. § Co-
 dicillis^g autem hereditas neque dari^h, ne-

*Intelligi, cum militis hereditas codicillis dari vel adimi possit. l. Quæ-
 rebatur 19. & l. Militis. 36. De testa. milit.*

*a In rebus stan-
 tuẽdis. prædẽ-
 tum cõsilio vsos
 fuisse Principes
 cõstat, ex L. præ-
 in Alex. Sene-
 ro: l. Humanũ.
 8. C. De legat.
 b Huius fre-
 quens est mẽtio
 in Iure. l. 2. §.
 Fuit. De orig.
 Iur.*

*c His. f. desti-
 tutus, quæ ad
 testamenti so-
 lennitatem per-
 tinebat tot tit.
 Qui testa. fac.
 poss.*

*d Labeo An-
 tistius Trebatij
 auditor d. l. 2.
 §. Ex his. De
 orig. Iur. Tacit.
 li. 3. Anna. in f.
 e In l. 5. De
 Iur. codic.*

*f Vid. Plin in
 Epist. lib. 2. ad
 Annianum.
 g Ex Paulo l.
 Scauola 76. ad
 Trebell.*

*h Paganũ in-
 tellige, cum militis hereditas codicillis dari vel adimi possit. l. Quæ-
 rebatur 19. & l. Militis. 36. De testa. milit.*

a Quod fit per exheredationē.

b l. 7. Cod. De Codicill.

c Eorum. scilicet, qui heredes scripti sunt: eorum vero qui heredes scripti non sunt, exheredatio nulla est nisi suorum numero sint. I. C.

d Ex Mart. l. 6. De iure Codicill. non item.

quæ adimi^a potest: ne confundatur ius testamentorum & codicillorum: & ideo nec exheredatio^c scribi. § Directio autem hereditas codicillis, neque dari, neque adimi potest. nam per fideicommissum hereditas codicillis iure relinquitur. Nec conditionem heredi instituto codicillis^a adicere, neque substituere directio^c quin potest. Codicillos autem etiam plures^c quis facere potest, & nullam solennitatem ordinationis desiderant.

e Nisi sint contrarij. l. 3. Cod. cod. testamta



INSTITUTIONVM

IVRIS DIVI IV-

stiniani,

LIBER TERTIVS.*

* Ex partitione usitata, & in scholis inuestrata hinc incipit.

DE HEREDITATIBVS

quæ ab intestato deferuntur.

TITVLVS I.

IN vetustissimo Codice quo in conscribendis in hac Institutionem libros notis usus est D. Cuiacius, frequentissimè, sic haberi testatur: Dn. Iustiniani perp. Aug. Institutionum compositorum per Triboni-

Triboni
& exq
& Don
cipit

¶
intest
Suorum
summa
legitim
suorum
Vltimo
des à T
sunt in
constit.
I. Cuiac



tumve
res ex

§ In
duode
redes
matur
morie
neptit
repot

puta pos
minut
ait, Integ
sunt: H
Cu. alt.

Tribonianum virum magnificum magistrum & exquæstorem sacri palatii, & Theophilum & Dorotheum VV. illustres & antecessores incipit tertius, De hæredit. quæ ab intest. def.

¶ Pertinet autem hęc tit. ad totam materiam intestata successione. specialiter autem sub eo de suorum duntaxat successione tractatur, eiusque summa hæc est: suos heredes nobis esse ex xij. tab. legitimis filios vel naturales factos legitimos. In suorum linea vteriolem à proximiolem non excludi. Vteriolem vice sui patris admitti. Inter suos heredes à Pratore vocari emancipatos, non etiam eos qui sunt in adoptiva familia. Inter suos heredes ex constit. vocari nepotes ex filia, & deinceps cæteros.

I. Cuiac.

Suorum hereditum successio.

In testatus^a decessit, qui aut omnino testamentum non fecit, aut non iure^b fecit: aut id, quod fecerat, ruptum^c, irritumve^d factum est: aut si ex eo nemo heres extiterit.

§ Intestatorum autem hereditates ex lege duodecim tabularum^e, primum ad suos heredes pertinent. Sui autem heredes existimantur (vt supra diximus) qui in potestate morietis fuerint: veluti filius filiave, nepos neptisve ex filio, pronepos proneptisve ex nepote, ex filio nato prognatus progna-

^a Hic locus ex Ulp. l. 1. De suis & leg. Quatuor autem modis quis dici potest intestatus. Ulp. in frag. tit. 23. Paul lib. 4. Sent. tit. 8. Caius 2. Instit. tit. 18.

^b Quo casu idem est, ac si nullum factum fuisset. l. Quoties qui satis. cog.

^c Natiuitate

puta posthumi præteriti, vel arrogatione filij. ^d Capitis firè deminutione. ^e Id est, nemo hereditatem adierit. ^f Lex xij. tab. ait, Intestatorum hereditates, primo suorum heredum velint nolint ve sunt: si is deficientibus, adgnatus proximus familiam habeto. tit. 4. Cic. att. 3. in Verr.

a *Ut scilicet sint heredes legitimi.*

b *l. Si quis. l. Quoniam Cod. De natu. lib.*

c *Quod non fuissent confecti, si spurij mansissent.*

d *Qui sunt naturalibus restituti, ex principis rescripto. Nouel. 89. in princ.*

e *Nuper. l. Cum quis. Cod. De natu. lib.*

f *d. l. Nuper. & Nouel. 12. & 18.*

g *l. Cum quis. 10. l. nuper. C. de nat. lib.*

h *Ut pater precedit nepotem: hic pronepotem. Vid. W.*

tave. Nec interest ^a, vtrum naturales sint liberi, an adoptiui. § Quibus communerari necesse est etiam eos, qui ex legitimis quidem nuptiis, vel matrimonii non sunt progenti, curiis tamen ciuitatum dati, secundum Diualium ^b constitutionum, quæ super his positæ sunt, tenorem, heredum suorum iura nanciscuntur. § Nec non eos ^d, quos nostræ amplexæ sunt constitutiones ^e, per quas iustum, vt si quis mulierem in suo contubernio copulauerit, non ab initio affectione maritali, eam tamen, cum qua poterat habere coniugium, & ex ea liberos sustulerit: postea verò affectione procedente, etiam nuptialia instrumenta cum ea fecerit, & filios vel filias habuerit: non solum eos liberos, qui post dotem editi sunt, iustos, & in potestate patris esse: sed etiam anteriores, qui & iis, qui postea nati sunt, occasionem legitimi nominis praestiterunt. Quod obrinere censuimus ^f, & si non progenti fuerint post dotale instrumentum confectum liberi, vel etiam nati ab hac luce fuerint subtracti ^g. § Ita demum tamen nepos neptisve, pronepos proneptisve suorum heredum numero sunt, si praecedens persona ^h defierit in potestate parentis esse: siue morte id acciderit, siue alia ratione, veluti emancipatione. Nam si per id tempus, quo quis moritur, filium

D
in po
res cl
incep
inte
uo pa
turi f
hered
furio
quib
acqui
quiri
quali
tutor
etiam
dibus
quiri
dum
morte
men
ab ha
morte
hoc
euen
morte
velut
tus su
mem
hered
ei suc
iure
Cum

in potestate eius sit : nepos ex eo, suus heres esse non potest. Idque & in cæteris deinceps liberorum personis dictum esse intelligimus. Posthumi quoque, qui si viuo parente nati essent, in potestate eis futuri forent, sui heredes sunt. § Sui autem heredes fiunt etiam ignorantes ^a. & licet furiosi sint, heredes possunt existere: quia quibus ex ^b causis ignorantibus nobis acquiritur, ex his causis, & furiosis acquiri potest. Et statim à morte parentis quasi continuatur^c dominium. & ideo nec tutoris autoritate opus est pupillis, cum etiam ignorantibus acquiratur suis heredibus hereditas, nec curatoris ^d assensu acquiritur furioso, sed ipso iure. § Interdum autem, licet in potestate parentis mortis tempore suus heres non fuerit, tamen suus heres parenti efficitur: veluti si ab hostibus quis reuersus fuerit, post mortem patris sui. ius enim postliminij hoc facit. Per contrarium autem hoc evenit, vt licet quis in familia defuncti sit mortis tēpore, tamen suus heres non fiat: veluti si post mortem suam pater iudicatus fuerit perduellionis ^e reus, ac per hoc memoria eius damnata ^f fuerit. suum enim heredem habere non potest, cum fiscus ^g ei succedat: sed potest dici ipso quidem iure suum heredem esse, sed desinere. Cum filius filiæve, & ex altero filio nepos

a Fac. l. 1. §. 7.

Si quis omiff.

caus. test. l. 63.

De acq. hered.

Ulm etiam in-

uit. postea tamen,

Tutoris

beneficio, asti-

nendi data fuit

facultas.

b Regula est

Pomp. l. Si à fu-

rioso, si cer. pet.

l. Si a furioso.

De oblig. & aff.

c Taut. habet,

Propter dominij

continuatiōē. l.

in suis, de suis

& leg. & l. 3. c.

De iur. d. lib.

d Aliud in ex-

tranci heredi-

tate, §. N. que.

De auth. tutor.

e Maiestas

l. a reus Iustin.

Nov. 95. 22222-

616222: 2. 0205

f Quæ s. perpe-

tua infamia co-

mitatur. l. Ex in-

dicorū, De acc.

l. ult. Ad l. l. ul.

maij.

g Vi. Nov. 134-

neptisve existunt, pariter ad hereditatem aui vocatur: nec qui gradu proximior est, vltiorem excludit. § Equum enim esse videtur, nepotes neptisque in patris sui locum succedere ^a. Pari ratione, & si nepos neptisve sit ex filio, & ex nepote pronepos proneptisve, simul vocantur. Et quia placuit nepotes neptisve, item pronepotes proneptisve in patris sui locum succedere: conueniens esse visum est, non in capita ^b, sed in stirpes hereditatem diuidi: vt filius partem dimidiam hereditatis habeat, & ex altero filio duo pluresve nepotes alteram dimidiam. § Item ^c si et duobus filiis nepotes neptisve existant, ex altero tres aut quatuor: ad vnum aut duos dimidia pars pertineat, ad tres vel ad quatuor altera dimidia. § Cum autem quaeritur, an quis suus heres existere possit: eo tempore ^d quaerendum est quo certum est, aliquem sine testamento decessisse. quod accidit, & destituito testamento ^e. Hac ratione, si filius exheredatus fuerit, & extraneus heres institutus, & filio mortuo, postea certum fuerit, heredem institutum ex testamento non fieri heredem, aut quia noluit esse heres, aut quia non potuit: nepos aui suus heres existet: quia quo tempore certum est intestatum decessisse patrem-familias, solas inuenitur nepos. & hoc certum est. § Et licet post mortem aui natus sit

a Idque ex leg. xij. tab. Fac. l. 4. Cod. De leg. hered.

b Fac. Nouell. 118.

c Hic locus ex Cas. Inst. lib. 2. tit. 8. Fac. l. 2. §. 2. De suis & legit.

d Fac. l. 1. §. Sciendum, De suis & legit. l. vlt. De condit. inst.

e Hoc est, vt interpretatur Theoph. Cum ritè quidem factum est testamentum, nemo tamen ex eo heres existit. Post mortem, patris. s. Theoph. Fac. l. Scripto. 7. Si tab. test. null. ext. Theoph. hic.

f Quia forte deficit conditio institutioni adscripta, Theoph.

fit, ta
tre ei
suus
ptuo
tuo
stam
nullo
attig
quer
aut
redi
fion
gnat

§ E
hil i
sunt
rur
deci
natu
pos
pot
sent
bus
fici
re n
is, q
res
pat
mit
her

fit, tamen auctore viuo conceptus^a, mortuo patre eius, posteaque deserto auctore testamento, suus heres efficitur^b. § Planè si & conceptus & natus fuerit post mortem auctoris, mortuo patre suo, desertoque postea auctore testamento, suus heres auctore non existet: quia nullo iure cognationis patrem^c sui patris attingit. Sed nec ille est inter liberos auctoris, quem filius emancipatus adoptauit^d. Hi autem, cum non sint sui (quantum ad hereditatem^e) liberi: neque bonorum possessionem petere possunt, quasi proximi cognati. Hæc de suis heredibus.

¶ De extraneis heredibus.

§ Emancipati autem liberi, iure civili nihil iuris habent (neque enim sui heredes sunt, qui in potestate parentis esse desierunt) neque vlllo alio iure per legem duodecim tabularum vocantur, sed Prætor naturalis æquitate motus, dat eis bonorum possessionem. Vnde liberi, perinde ac si in potestate parentis tempore mortis fuissent: siue soli sint, siue cum suis heredibus concurrant. Itaque duobus liberis existentibus, emancipato vno, & eo qui tempore mortis in potestate fuerit: sanè quidem is, qui in potestate fuit, solus iure civili heres est, & solus suus heres: sed cum emancipatus beneficio Prætoris in partem^h admittitur, euenit, vt suus heres pro parte heres fiat. § Athi, qui emancipati a parente

n. iij.

a Quia conceptus pro iam nato habetur, cum de eius virginitate agitur. l. Qui in utero ff. De stat. h. m.

b Fac l. 6 § 1. De iniust. r. up.

c Auctore testatorem, Theoph.

d l. 26. De adopt.

e Secus enim quantum ad causam

prohibendam nuptiarum. A. C.

f Usque ad Nouell. A. C. Casus 2. Inst. tit. 8.

l. Capitis, n. De suis & legit. l.

7. De ca. min.

g Cogitat enim Prætor filium esse, licet emancipatum. Nouell.

118. Fac l. 2.

vid. leg. l. vit.

De suis & legit.

l. 4. Sit ab. test.

mill. ext. l. 6. §.

1. De bon. poss.

h Dimidiam ait Theoph.

a *Se arrogari*
fiuerunt, quia
sui essent iuris
 b *Fac. l. ult.*
und. lib.

c *Fac. l. 2. und.*
lib.

d *l. 1. §. 3. Si*
tab. test. null.
ext.

e *Ab extra-*
neo patre eman-
cipati. intestato
autem succedet
patri adoptiuo,
si morte non e-
mācipatione so-
lutum sit ius e-
mācipationis:
 l. 3. *Und. cog.*

f *Hic locus ex*
Paul. l. 4. Si
tab. test. null.
ext. Fac. l. ult.
Cod. De legit.
her.

g *Fac. l. 13. De*
adopt.

h *Regula est*
Pomponij. l. lu-
ra. 8. De reg.
iur. Iura san-
guinis nullo ci-
uili iure diri-
mi posse, §. ult.
De leg. adgna.
tutel.

in adoptionem ^a se dederunt, non admit-
 tuntur ^b ad bona naturalis patris, quasi li-
 beri: si modò, cum is moreretur, in adopti-
 ua familia fuerint. Nam uiuo eo emanci-
 pati ab adoptiuo patre, perinde admittun-
 tur ^c ad bona naturalis patris, ac si emāci-
 pati ab ipso essent, nec vnquam in adopti-
 ua familia fuissent. Et conuenienter, quod
 ad adoptiuū patrem pertinet ^d, extraneo-
 rum loco esse incipiunt ^e. § Post mor-
 tem verò naturalis patris emācipati ab a-
 doptiuo patre: & quantum ad hunc ado-
 ptiuum patrē pertinet, æquè extraneorū
 loco fiunt: & quantum ad naturalis patris
 bona pertinet, nihilo magis liberorū gra-
 dum nāciscuntur. Quod ideo sic placuit,
 quia iniquum erat, esse in potestate patris
 adoptiui, ad quos bona naturalis patris
 pertineāt, utrū ad liberos eius, an ad ad-
 gnatos. § Minus ergo iuris habēt adopti-
 ui filij, quā naturales ^f. Nanque natura-
 les emācipati, beneficio Prætoris gradum
 liberorum retinēt, licet iure ciuili perdāt.
 Adoptiui verò emancipati, & iure ciuili ^g
 perdunt gradum liberorum, & à Præto-
 re non admittuntur: & rectè. Natura-
 lia ^h enim Iura ciuilis ratio perimere non
 potest: nec quia desinunt sui heredes esse,
 se, possunt desinere filij filiaue, aut ne-
 potes neptē sive esse: adoptiui verò eman-
 cipati, extraneorum loco incipiunt esse:
 quia

quia
 adop
 ratio
 notu
 testa
 neq;
 ter^b,
 eos o
 pore
 ad ea
 verò
 hoc
 tur, r
 cipa
 inter
 testa
 finit
 §
 adop
 natu
 man
 tura
 libe
 tur,
 cari
 tur
 sui
 ster
 tit. 1.
 Qu

quia ius noménque filij filiæve, quod per adoptionem consequuti sunt, alia ciuili ratione, id est, emancipatione perdunt.

§ Eadem hæc obseruatur, & in ea bonorum possessione, quam contra tabulas testaménti parétis liberis præteritis, id est, neq; heredibus institutis, neque, vt oportet, exheredatis, Prætor pollicetur. Nam eos quidem, qui in potestate mortis tempore fuerint, & emancipatos, vocat Prætor ad eandem bonorum possessionem: eos verò, qui in adoptiua familia fuerint per hoc tempus, quo naturalis parens moreretur, repellit. Item adoptiuos liberos emancipatos ab adoptiuo patre, sicut nec ab intestato, ita longè minùs contra tabulas testamenti ad bona eius admittit: quia desinunt in numero liberorum eius esse.

§ Admonendi tamen sumus, eos, qui in adoptiua familia sunt, quive post mortem naturalis parentis ab adoptiuo patre emancipati fuerint, intestato parente naturali mortuo, licet ea parte edicti, qua liberi ad bonorum possessionem vocantur, non admittantur, alia tamen parte vocari: scilicet qua cognati defuncti vocantur. Ex qua parte ita admittuntur, si neq; sui heredes liberi, neque emancipati obfent, neque adgnatus quidem vllus inter-

tit, primò suos, & emancipatos, post adgnatos, deinde cognatos. l. 1. Quis ord. in bon. l. 1. Si tab. testa. null. ext.

a Et non solum in hereditate ab intestato deferenda. Theoph.

b Theoph. habet, qui uoc. ut oportet, id est nominatim. Fac. l. 1. r. o putant. §. Non quæuis. De bon. poss. cont. tab.

c Fac. l. pen. Cod. De adopt. quia patri adoptiuo iure ciuili succedunt. F. Hotom.

d intestatum hic accipe, qui nullum fecit testamentum.

e Ulp. l. 1. §. 4. l. 3. §. 2. De bon. poss. cont. tab. rationem reddis.

f Fac. l. 4. Si tab. testa. null. ext.

g Fac. l. 1. §. 2. vnd. leg.

h Ad bonorum poss. Prætor hoc ordine admit-

a Quam hunc
ordinem ad-
mittat. *Wes.*
b Primo ordi-
ne deficiente vo-
cat secundum
agnationem.

c Extat in l.
pen. in princ. C.
De adopt. Quæ
loco hinc matrū
lucū adfert. Est
autem una ex
his nonis. *Codici
inferri.*
d Vid. Theoph.
hæc.

e l pen. C. De
adopt.

f Post, scili-
cet constitutio-
nem Iustiniani,
nam antè secus
fuit.

ueniat. Ante enim ^a Prætor liberos vocat
tam suos heredes, quam emancipatos, de-
inde ^b legitimos heredes, tertio proximos
cognatos.

¶ Emendat plerosque superioris iuris articulos.

§ Sed ea omnia antiquitati quidem pla-
cuerunt: aliquam autem emendationem
à nostra constitutione ^c acceperunt, quam
super iis personis exposuimus, quæ a pa-
tribus suis naturalibus in adoptionē aliis
dantur. Inuenimus etenim nonnullos casus,
in quibus filij, & naturaliū parentum suc-
cessionem propter adoptionem amitte-
bant ^d: & adoptione facile per emancipatio-
nem soluta, ad neutrius patris successione
vocabantur. § Hoc solito more corrigentes,
constitutionem ^e scripsimus, per quam
definimus, Quādo parens naturalis filium
suum adoptandum alij dederit, integra om-
nia iura ita seruari, atque si in patris na-
turalis potestate permāsisset, nec penitus
adoptio fuisset subsequuta: nisi in hoc tā-
tummodò casu, vt possit ab intestato ad
patris adoptiui venire successione.

§ Testamento autem ab eo facto, neq;
Iure civili, neque Prætorio ^f, ex hereditate
cuius aliquid persequi potest: neque contra
tabulas bonorū possessione agnita, neque
inoficiosi quærela instituta: cum nec ne-
cessitas patri adoptiuo imponatur, vel he-
redem eum instituere, vel exheredem fa-
cere:

cere: utpote nullo vinculo naturali copulatum: neque si ex Sabiniano^a Senatusconsulto, ex tribus maribus^b fuerit adoptatus. Nam & in eiusmodi casu, neque quarta ei seruatur, neque vlla actio ad eius persequutionem ei competit. Nostra autem constitutione exceptus est is, quem patres naturalis adoptandum suscepit. § Vtroque enim iure tam naturali, quam legitimo in hac personam concurrente, pristina iura tali adoptioni seruamus: quemadmodum si pater familiæ sese dederit adrogandum: quæ specialiter, & singulatim expressæ constitutionis tenore possunt colligi. § Item vetustas ex masculis progenitos^c plus diligens solos nepotes vel nepres, qui quæve ex virili sexu descendunt, ad uorum vocabat successiōem, & iure agnatorum eos anteponebat: nepotes autem, qui ex filiabus nati sunt, & pronepotes qui ex nepribus, cognatorum loco connumerans, post agnatorum lineam eos vocabat: tam in aui vel proaui materni, quam in auia vel proaui, siue paternæ siue maternæ successiōem. § Diui autem^d Principes non passi sunt talem contra naturam iniuriā sine cōpetenti emendatione relinquere: sed cum nepotis, & pronepotis nomē cōmune sit utrisque, tam qui ex masculis

a Huius mōdo est in l. pen. §.

Que autem. C.

De adopt. Vid. hęc Theoph.

b *Al. lib. 4.*

Nov. ca. 3, legit

manibus. Vid. l.

ule. C. De decur.

Theoph. hab. & hęc res.

Ca. 1. cap. 6. 6. 6.

Uid. Conna.

c *Leges enim*

masculis hereditatem potius,

quàm feminis d. b. r. uoluerūt.

§ Caterum.

prox. tit. Leg. xij

tab. tit. 4. &

seq. Fac. l. Pro-

nuntiatio. 195.

in fi. De ver. sig.

Mulier enim

familie sue &

caput & finis

est.

d *Valentini-*

anus. s. l. Theodo-

sini & Arcadi-

us. l. Si defun-

ctus 9. Cod. De

suis & legit.

Que ex Cod.

Theodos. in Instin. Cod. transfusa sunt Fac. l. 19. C. De coll. e

Mas-

culorum habitam quoq; fuisse lege Mosaiica rationem passim reperias.

quàm qui ex fœminis descendunt: ideo eundem gradum, & ordinem successioneis eis donauerunt. § Sed vt amplius aliquid sit eis, qui non solum naturæ, sed etiam veteris iuris* suffragiis muniuntur: portionem nepotum, vel neptum, vel deinceps (de quibus supra diximus) paulò minuendam esse existimauerunt: vt minus tertia parte acciperent, quàm mater eorum, vel auia fuerat acceptura: vel pater eorum, vel auus paternus, siue maternus, quando fœmina mortua sit, cuius de hereditate agitur: iisque (licet soli sint) aduentibus, adgnatos minimè vocabant.

§ Et quemadmodum lex duodecim tabularum^b filio mortuo neptes vel nepotes, pronepotes vel proneptes in locum patris sui ad successioneis aui sui vocat: ita & principalis dispositio in locum matris suæ, vel auæ, eos cum iam designata partit tertiæ deminutione vocat. § Sed nos, cum adhuc dubitatio maneret inter adgnatos, & memoratos nepotes, quartam partem^c substantiæ defuncti adgnatis sibi vindicantibus ex cuiusdam^d constitutionis^e autoritate: memoratam quidem constitutionem à nostro Codice segregauimus, neque inferi eam^f ex Theodosiano Codice in eo concessimus. Nostra autem constitutio promulgata^g, toti iuri eius derogatum est: & sanximus, talibus nepotibus

a *Leg. 12. tab. Que natus ex filio (quod essent gētilis) hereditatem tribuebat. vel d. C. Officiarius l. C.*
 b *Fac. l. 3. C. De suis & legit.*
 c *Quam illi Principes quamdam Falcidiā vocant.*
 d *Cantinnula & Ferrerius legunt, eiusdem.*
 e *Theoph. duas fuisse vult.*
 f *Inferta quidem est, sed detracta illa clausula qua illa quarta adgnatorum introducebatur: nā illa est. Si defunctus. C. Theod. & Justin. de legit. hered.*
 g *l. ult. C. De suis & legit. Fac. l. Defunctus. in Cod. Theod. De suis & legit.*

tibus ex filia, vel pronepotibus ex nepte, & deinceps, superstitibus ^a, adgnatos nullam partem mortui successione sibi vendicare: ne hi, qui ex transuersa linea veniunt, potiores iis habeantur, qui recto iure descendunt. Quam constitutionem nostram obtinere, secundum sui vigorem, & tempora, & nunc sancimus: ita tamen, vt quemadmodum inter filios & nepotes ex filio antiquitas ^b statuit, non in capita, sed in stirpes diuidi hereditatem: similiter nos inter filios & nepotes ex filia, distributionem ^c fieri iubemus, vel inter omnes nepotes, & neptes, & inter pronepotes, & proneptes, & alias deinceps personas: vt vtraque progenies, matris vel patris, auia vel aui, portionem sine vlla deminutione ^d consequatur: vt si fortè vnus vel duo ex vna parte, ex altera tres aut quatuor extent: vnus aut duo dimidiam, alteri tres aut quatuor alteram dimidiam hereditatis habeant.



DE LEGITIMA ADGNATORUM SUCCESSIONE.

TITVLVS II.

^a Initio huius tex. in verb. adgnatum, proximum notat Cuiacius. Sui heredes sunt etiam adgnati.

^a Solus, scilicet, & sine concursu nepotum ex filio, qui si concurrerēt, trientem haberent. A. C.

^b Lex xij. tab. l. 3. C. De suis & legit. hered.

^c Fac. d. l. ult. C. De suis & legit. & l. illa. C. De collat.

^d Quarta scilicet. intellige omnes hos casus, quando (vt dictum est) non concurrunt nepotes ex filio cum nepotibus ex filia. Vid. Nouell. 18. & 118. A. C.

a Naturales, qui ex constitutionibus redditi sunt in potestate patris sui sunt. Cuiac. Vocant scilicet emancipatos. §. Admonendi §. tit. proxi.

b Ut ex filia nepotes. §. Sed nos §. tit. proxi. vel naturalibus constitutos. Theoph. c Si nascatur, vel ab hostibus redeat, agnatos repellit. l. 2. De suis & legit. Quidam legit, extat, & successionem, &c.

d l. 12. De suis & legit. Ulp. in frag. tit. 26.

e §. tit. De leg. agnat. intel. Fac. l. 5. Unde legi. l. ult. §. 1. De grad. l. 2. De suis & leg.

f Id est, per patrem. Cuiac. leg. à patre comati. Theophyl. ὁμογιῶς vocat. g Aliud Nonell. 118. statutum est. h Καταγονικός. l. Celebrandis. Cod. De nuptiis. Consobrini enim ex duabus sororibus geniti, quasi consobrini.

l. Filius. De suis & legit. hered. l. De bonis. §. Inuit autem. De Ca. b. edita. Sed differentia casus separantur sui ab agnatis. In ordine suorum non servatur gradus prerogativa: quod fecum est in ordine agnatorum. Hi dividunt hereditatem in capita, illi in stirpes. In his habetur discretio sexus, in illis non item. Hi sunt heredes adiuncti, illi existunt, &c.

S I nemo suus heres, vel eorum, quos inter suos heredes Prætor^a vel constitutiones^b vocant, existat, qui successionem quoquo modo amplectatur, tunc ex lege duodecim Tabularum ad agnatum proximum^d pertinet hereditas. §. Sunt autem^e agnati (ut primo quoque lib. tradidimus) cognati per virilis sexus personas cognatione coniuncti, quasi à patre cognati^f. Itaque ex eodem patre nati fratres, agnati sibi sunt, qui & consanguinei vocantur: nec requiritur^g, an etiam eandem matrem haberint. Item patruus fratris filio, & inuicem is illi agnatus est. Eodem numero sunt fratres patruales, id est, qui ex duobus fratribus procreati sunt: qui etiam consobrini^h vocantur. Qua ratione etiam ad plures gradus agnationis peruenire poterimus. Ij etiam, qui post mortem

patris

patris nascuntur, iura consanguinitatis ^a nanciscuntur. Non tamen omnibus simul adgnatis dat lex hereditatem: sed iis, qui tunc proximior gradu sunt, cum certum esse cœperit, aliquē intestatum decessisse. § Per adoptionem quoque ^b adgnationis ius consistit: veluti inter filios naturales, & eos quos pater eorum adoptauit. Nec dubium est, quin ij improprie consanguinei appellentur. Item si quis ex cæteris adgnatis [tuis,] veluti frater, aut patruus, aut denique is qui longiore gradu est, adoptauerit aliquem: adgnatus ^c inter tuos heredes esse non dubitatur.

§ Cæterum inter masculos quidem adgnationis iure hereditas, etiam si longissimo ^d gradu sint ^e, vltro citroque capitur. Quod ad fœminas verò [attinet,] ita placebat, vt ipsæ cōsanguinitatis iure ^f tantum capiant hereditatem, si sorores sint, vltorius non capiāt. masculi autem ad earum hereditates (etiā si longissimo gradu sint) admittantur. Qua de caussa fratris tui aut patris tui filia, vel amita tuæ hereditas ad te pertinebat: tua verò ad illas non pertinebat. Quod ideo ita constitutum erat, quia commodius ^g videbatur, ita iura constitui, vt pierūque hereditates ad masculos confluerent. § Sed quia sanè iniquum erat, in vniuersum eas quasi extraneas repelli: Prator eas ad bonorū possessionem

^a Id est, frater-
nitas. Accur.
& Theoph.

^b Et non so-
lum per con-
sanguinitatem.
& ut Theophyl.
ait, *Nov. v.*
Vsp. l. 2. §. Par-
ui. ill. tit.

^c Alij Cod. ha-
bent adgnatos
inter tuos. &
melius i. ad-
gnatus est inter
alios adgnatos.
^d Decimo. §. 5.
vlt. De success.
cogn.

^e Defunctus, §.
& eius successor
f. Leges. Voco-
nus. Vlt. in frag.
tit. 26. Paul.
Sent. c. 8. lib. 4.

^g Multis ceriè
de causis: pri-
mum, quia fa-
milia conseruāt
masculi: publi-
ca munera ob-
tinent: imp. do-
mi, militia ad-
ministrant: fœ-
minæ verò, de
familia exant.

a *Succesio p-
ximitatis pro-
priè ad fami-
nas pertinet. l.
4. Und. cog. W.*

b §. *Sed quia.
De fideicomiss.
hered.*

c *l. pen. & ult.
C. De legit. her.*

d *Media Iu-
risprudentia Iu-
risconsultos in-
telligi vult
Theophil. Vide
Paul. 4. Sent.
tit. 8.*

e *Theoph. cor-
rigentes, aut po-
tius, quod dee-
rat implentes. l.
7. De inst. &
iur.*

f *Id est, con-
sentaneo iuri
natura seu gen-
tium, quod e-
tiam Linius &
alii humanum
appellatur. W.*

admittit ea parte, qua proximitatis nomine bonorum possessionem pollicetur: ex qua parte ita scilicet admittuntur, si neque adgnatus ullus, neque proximior cognatus interueniat. Et hæc quidem lex duodecim Tabularum nullo modo introduxit: sed simplicitatem legibus amicam amplexa, simili modo omnes adgnatos, siue masculos, siue feminas, cuiuscunque gradus, ad similitudinem suorum inuicem ad successionem vocabat. § Media autem Iurisprudentia, quæ erat quidem lege duodecim Tabularum Iunior, Imperiali autem dispositione anterior: subtilitate quadam excogitata præfatam differentiam inducebat, & penitus eas à successione adgnatorum repellat: omni alia successione incognita, donec Prætores paulatim asperitatem Iuris ciuilibus corrigentes, siue quod deerat, implentes, humano proposito aliū ordinem suis edictis addiderunt: & cognationis linea proximitatis nomine introducta, per bonorum possessionem eas adiuuabant, & pollicebantur his bonorum possessionem, quæ Unde cognati appellatur. Nos verò legem duodecim Tabularum sequentes, & eius vestigia in hac parte conseruantes: laudamus quidem Prætores suæ humanitatis, non tamen eos in plenum huic causæ mederi inuenimus. § Quare etenim vno eodemque gradu

D
gradu
nis titu
nis æqu
dem
mnum
mulieri
ad agna
tus. Ide
& ad iu
disposit
stitutio
persoua
dentes
nini fin
legitim
gradus
das, qui
manæ

¶ Iust
re
lib

§ H
tutioni
nustan
nis, in le
lùm fra
iam de
sui voc
guinea
foli, &
ad iura

gradu naturali concurrente, & adgnationis titulis, tam in masculis, quàm in foeminais æqua lance constitutis^a: masculis quidem dabatur ad successiōnem venire omnium adgnatorum: ex adgnatis autem mulieribus nulli penitus, nisi soli sorori, ad agnatorum successiōnem patebat aditus. Ideo nos in plenum omnia reducētes, & ad ius duodecim Tabularum eandem dispositionem exæquantes^b: nostra constitutione^c sancimus, omnes legitimas personas, id est, per virilem sexum descendentes (siue masculini generis, siue foemini sint) simili modo ad iura successiōnis legitimæ ab intestato vocari, secūndum sui gradus prærogatiuam: nec ideo excludendas, quia consanguinitatis iura, sicut germanæ^d, non habent.

Justinian. lege, auunculi hereditas non minus vterinæ consanguineæ q̄ sororis, quàm fratris liberu. diuisione in stirpes facta defertur.

§ Hoc etiam addendum nostræ constitutioni existimauimus, vt transferatur vnus tantummodò gradus à iure cognationis, in legitimam successiōnem: vt non solum fratris filius & filia (secundum quod iam definiuimus) ad successiōnem patris sui vocentur: sed etiam germanæ consanguinæ^e, vel sororis vterinæ filius & filia soli, & non deinceps personæ, vnà cum his ad iura auunculi sui perueniant: & mortuo

o. j.

a Etenim foeminae perinde adgnascuntur proximi in familia atq; matres.

b Quidā cod. exequōtes. Hac igitur est ex xij tab. & cōstit. Ex definitiōe Iust. Legitimi sunt adgnati vtriusque sexus, siue natura, siue adoptione questis sunt. Ex lege Vocouit legitimi sunt, adgnati virilis sexus.

Vide l. C. in notis ad Vlp

c Extat in l. pen. C. de legit. her. Unde desumptus est hic loc. Fac. l. ult. eod.

d Id est. sorores cōsanguineæ, vt j. Vid. Nouell. 118. & 127.

e Id est. sororiu nata ex eodena patre. Theophil. m̄s. à d. l. q̄nc.

a De cuius hereditate agitur, patruus scilicet & auunculus. *W.*
 b Et filij fratris, & filij sororis. *W. of.*
 c Ex lege, veluti adgnati.
 d Inter ipsorum fratrum filios nullis alius concurrens: quod à Iustin. ablatum non esse notat Cuius. Accursius ablatum esse contendit, cuius partes nouis rationibus tuetur Contius, in lib de hered. ab intest. Vide d. Nouell. 118.
 e Theophyl. hinc. & Harmen. lib. 5. tit. 8.
 f Fac. l. 2. §. 1. De suis & leg.
 g Ulp. l. 2. §. Legitima. De suis & legit. l. 1. §. Proximus. Unde cog.
 h Fac. l. 2. §. 4. De suis & leg.
 i Alij Codices habent, Tunc enim etiam proprie: & restius. Ulp. l. v. De suis & legit.

eo^a, qui patruus quidē est sui fratris filius, auunculus autem sororis suae (soboli: simili modo ab utroque latere^b succedant. et a quam si omnes ex masculis descendentes legitimo iure veniant, scilicet ubi frater & soror superstites non sunt. (His etenim personis praecedentibus, & successorem admittentibus: caeteri gradus^d remanent penitus semoti) videlicet hereditate non in stirpes, sed in capita^e diuidenda. § Si plures sint gradus adgnatorum, aperte lex duodecim Tabularum proximum^f vocat. Itaque si (verbi gratia) sint defuncti frater & alterius fratris filius, aut patruus: frater potior habetur. Et quanuis singulari numero vsa lex duodecim Tabularum proximum vocet, tamen dubium non est, quin si plures sint eiusdem gradus, omnes admittantur. Nam & proprie proximus^g, & pluribus gradibus intelligitur: & tamen non dubium est, quin licet vnus sit gradus adgnatorum, pertineat ad eos hereditas. § Proximus^h autem, si quidem nullo testamento facto quisquam decesserit, per hoc tempus requiritur, quo mortuus est is, cuius de hereditate quaeritur. Quod si facto testamento quisquam decesserit, per hoc tempus requiritur, quo certum esse coeperit, nullum ex testamento heredem extitutum. tunc enimⁱ proprie quisque intestatus decessisse

DE
 intelligi
 go tem
 poris
 tuo, p
 testator
 autem
 reditatu
 vt quae
 quae di
 spreuer
 eat, de
 sequete
 tores in
 totum fin
 cognate
 adgnati
 nihil pe
 nostra
 tronatu
 mus) sa
 rum he
 dam: cu
 tis à Pr
 esse rec
 dem tur
 sequens
 bat, non
 § A
 minus v
 i Nega
 tit. 6. &

intelligitur. Quod quidem aliquādo longo tempore declaratur. In quo spatio temporis sæpe accidit, vt proximior mortuo, proximus esse incipiat, qui moriente testatore non erat proximus. § Placebat autem in eo genere percipiendarum hereditatum successione^b non esse: id est, vt quauis proximus, qui secundum ea, quæ diximus, vocatur ad hereditatem, aut spreuerit hereditatem, aut antequam adeat, decesserit: nihilo magis legitimo iure sequētes admittantur. Quod iterum Prætores imperfecto iure corrigentes, non in totū sine adminiculo relinquebant: sed ex cognatorum^d ordine eos vocabant, vt pote adgnationis iure eis recluso^e. § Sed nos nihil perfectissimo iuri deesse cupientes, nostra constitutione^f, (quam de iure patronatus, humanitate suggerente protulimus) sancimus successione, in adgnatorum hereditatibus non esse eis denegandam: cum satis absurdū erat, quod cognatis à Præatore apertum est, hoc adgnatis esse reclusum^e: maximè cum in onere quidem tutelarum, & primo gradu deficientē, sequens succedit, & quod in onere obtinebat, non erat in lucro permissum^h.

§ Ad legitimam successione nihilominus vocatur etiam parens, qui cōtractaⁱ

i Negativè legis Theoph. Patris fiduciarij mētio est. lib. 1. Inst. Caus. tit. 6. §. Quæ aut. De bon. pos. l. 2. §. Obijciatur. ad Tertij Vid. Hor.

a Legi. f. xij. Tab. Ulp. l. 2. De suis & legit. Idē in frag. tit. 26. Paul. lib. 4. Sent. tit. 8. § In hereditate.

b Successorinum edictū intellige, cū prioribus non succedentibus sequētes suo ordine succedant, Und. liberi, Unde adgnati, Unde cognati.

c Id est, à principio repudiariis. d Fac. l. 1. De success. edict.

e Recluso hīc p ocluso accipit Insti. cōtra auctoritatem loquēdi consuetudinem. Horat. 1. Epist. Ebrietas operta recludit.

f Desideratur hac constitutio.

g Fac. l. 3. §. ult. De leg. ut.

h Est regula in ris l. Secundum. De reg. tur.

a Extatum l.
ultim. C. De e-
mancip. liber.
§. praterca, §.
Quib. mod. us
pa. pot.
b Id est, Pi-
gnore constituto.
Cic. pro Flac.

c Factum est
imperante D.
Pio, Tertullo
& sacerdote Cos.
Vide Paulum
lib. 4. dēt. ti. 9.
Dictum est §.
patrem inter
adgnatos suc-
cedere, conse-
quens est & de
successione ma-
tris ac parentū
maternū sub-
nere.

d Ut nec ma-
ter filio, nec fi-
lius matri suc-
cederet. Thop.
Ulp. in fragm.
tit. 26.

e Fac. l. 2. Und.
cog.

f Pratorium
Ius intelligit.
g Sueton. in
Claud. cap. 19.

fiducia filium vel filiam, nepotem vel ne-
ptem, ac deinceps emācipat. quod ex no-
stra constitutione ^a omnino inducitur, vt
emancipationes liberorū semper videan-
tur quasi contracta fiducia fieri: cum a-
pud veteres non aliter hoc obtinebat, nisi
specialiter contracta fiducia ^b parens ma-
numississet.



DE SENATVS CONSVLTO
Tertylliano.
TITVLVS III.

¶ Hoc § C. liberorum hereditates matribus des-
runtur. * Adast. Filiam etiam nuptu da-
tam in paterna semper residere potestate. l. §
uxorem. C. de condit. inser.



Ex duodecim Tabularū ita stri-
cto iure vtebatur, & præponebat
masculorum progeniem: & eos
qui per fœminini sexus necessitudinem
sibi iunguntur, adeo expellebat, vt ne qui-
dem inter matrem & filium filiāve vi-
tro citroque ^a hereditatis capiēda ius da-
ret: nisi quod Prætores ex proximitate
cognatorū eas personas ad successionem,
bonorum possessione Vnde cognati ^b, ad-
commodata, vocabant. § Sed hæc Iuris
angustix postea emendatæ sunt: Et pri-
mus quidem diuus Claudius & matri, ad
solatium

DE
solatium
eorum
Senatu
Adrian
simē d
tiam a
ter ing
liberti
rūm ve
licet in
cūm a
eat he
§ P
functi
sunt, fi
& filia
nitur,
ctæ ^b,
que, n
tepon
de her
sangu
bat m
parite
e D
tit. 8.
nes sint
De suis
emanc
fiducia
ius loc
pro dim

tem vel ne.
quod ex no-
ducitur, vt
per videan-
ri: cum a-
inebar, nisi
parens ma-

solatium liberorum amissorū, legitimam
eorum detulit hereditatem. Postea autem
Senatusconsulto Tertylliano, quod diui
Adriani ^a temporibus ^b factum est, plenif-
simē de tristi ^c successione matris, non e-
tiam auix ^d deferenda cautum est: vt ma-
ter ingenua trium liberorum ius ^e habens,
libertina quatuor, ad bona filiorum filia-
rumve, admittatur intestato mortuorum,
licet in potestate parentis sit ^f: vt scilicet
cum alieno iuri subiecta est, iussu eius ad-
eat hereditatem, cuius iuri subiecta est.

§ Præferuntur ^g autem matri liberi de-
functi, qui sui sunt, quive suorum loco
sunt, siue primi gradus, siue vltioris. Sed
& filix suæ mortuæ filius vel filia præpo-
nitur, ex constitutionibus, matri defun-
ctæ ^h, id est, auix suæ. Pater verò ⁱ vtrius-
que, non etiam auus & proauus matri an-
teponitur ^k, scilicet cum inter eos solos
de hereditate agitur. Frater autem ^m con-
sanguineus tam filij, quàm filix exclude-
bat matrem: soror autem consanguinea
pariter cum matre ⁿ admittebatur. Sed si

a D. Pium in-
telligi ait Cu. q
ab Adriano a-
doptatus, eius
quoque nomen
retinuit.

b Annis 100.
& eo pluribus à
Claudij consti-
tutione.

c Iustin. vocat
lucuosam, l. vl.
De institut. &
substit. mutato
sui ordine.

d Hoc corre-
ctū est per No-
uell. 118. A. C.
Ut ex constitui-
tionibus nepos
nepotisve auia
succedit, ita mi-
ratur Cuius. cur
ante Iustinianū
nō existeret cō-
stitutio aliqua
qua auia ma-
trimam successio-
nem daret.

e De iure trium liberorum, Duar. lib. 1. Diss. cap. 40. Paul. Sent. 4.
tit. 8. f. Fac. l. Filij. hoc tit. g l. 2. hoc tit. Siue viri. u. siue femi-
nes sint sexus, siue naturales, siue adoptiui. h l. 4. De SC. Orfie l. 11.
De suis & leg. i d. l. 2. §. Obicitur. hinc. k In successione filij
emancipati, de quo hinc agitur, idē, per contractam in emancipatione
fiduciam, non ex S. C. Tertyll. l. Patrem s. & matrem. m Hu-
ius loci habes interpretem Iustin. Nouell. 22. in f. n Et mater filia
pro dimidia, filio pro virili succedebat, l. 2. C. Th. De secund. nup. l. C.

SVLTO

matribus des-
am nupti d-
potestate. l. 1

larū ita stri-
præponebat
niem: & cos-
elsitudinem
at, vt ne qui-
filiamve vi-
ē d. ius da-
proximitate
ccessionem,
cognati ^q ad-
ed hæ Iuris
unt: Et pri-
s & matri, ad
solatium

a *Offendit Cuiacius in notis ad Ulp. tit. ult. legendum esse honorata.*

b *Extat in l.*

2. *Cod. De iur. delib.*

c *Iustinian. f. met conditioni femina. l. vit. C. Quis potio. in pig. hab. & Nouell. 162.*

d *Constantini & aliorum, quae extant lib. 5. C. Theod. tit. 1. De legit. her. quarum haec est*

sententia: Ut mater qua liberis honorata non est, cum adgnatis filio filiove

ex trionte succedat: ut qua liberis honorata est triontem

aspergat fratri cognato, vel patrisno eiusque si-

lio vel nepoti, non ulterioribus. Vide Cuiacium, hic.

e Ut partem fratribus & filiis aspergeret, ut ex pradiſto titul. Cod. Theod. patet. l. 1. 2 & 3.

fuerant frater & soror consanguinei, & mater liberis onerata ^a, frater quidem matrem excludebat, communis autem erat hereditas, ex æquis partibus, fratribus & sororibus. § Sed nos constitu-

tionem ^b, (quam in Codice nostro nomine decorato posuimus) matri subueniendum ^c esse existimauimus: respicientes ad naturam, & puerperium, & periculum, & sæpe mortem ex hoc casu matribus illatam. Ideoque impium esse credidimus, casum fortuitum in eius admitti

detrimentum. Si enim ingenua ter, vel libertina quater non peperit, immerito defraudabatur successione suorum liberorum. Quid enim peccauit, si non plures sed paucos peperit? Et dedimus ius

legitimum plenum matribus (siue ingenuis siue libertinis) & si non ter enixæ fuerint vel quater: sed cum tantum vel eam, qui quæue morti intercepti sunt, ut si uocentur in liberorum suorum legitimam

successionem. § Sed cum antea constitutiones ^d iura legitimæ successions perscrutantes, partim matrem adiuuabant, partim eam prægrauabant ^e, nec in solidum eam vocabant, sed in quibusdam casibus tertiam ei partem abtrahentes, ce-

lit

tis leg

tem o

est, r

bus p

vlla

cessio

foron

siue

quen

gitin

& so

ad c

mus

adgr

ſti

quid

parte

verò

tribu

siue

habe

ta n

hero

mat

suæ

ſi tu

cum

tere

peti

& C

tis legitimis dabant personis, in aliis autem contrarium faciebant, nobis visum^a est, recta & simplici via, matrem omnibus personis legitimis^a anteponi, & sine vlla deminutione filiorum suorum successione accipere: excepta^c fratris & sororis persona (siue consanguinei sint, siue sola cognationis iura habentes) vt quemadmodum eam toti alij ordini legitimo praposuimus, ita omnes fratres & sorores (siue legitimi sint, siue non) ad capiendas hereditates simul vocemus: ita tamen, vt si quidem solæ sorores adgnatæ vel cognatæ, & mater defuncti vel defunctæ supersint: dimidiam quidem mater, alteram verò dimidiam^d partem omnes sorores habeant. § Si verò matre superstite, & fratre vel fratribus solis, vel etiam cum sororibus, siue legitima, siue sola cognationis iura habentibus, intestatus quis vel intestata moriatur: in capita distribuatur eius hereditas. § Sed quemadmodum nos matribus prospeximus, ita eas^e oportet suæ soboli consulere: scituris eis, quòd si tutores liberis non petierint, vel in locum remoti vel excusati intra annum^f spectere neglexerint, ab eorum impuberum

a Extat in l. vltima ad Tertullianum. Vide Nouellam 22. Vbi mater patriam, eiusque filium submonet.

b Id est, cognatis.

c Addit Nouella 127, & fratrum filios. Harmenop. lib. 5. tit. 8.

d Nouella 118. Ex aquis partibus inter parentes & defuncti fratres sororesque si successio.

e Idem de a. uia. l. 2. §. Et quid. hoc tit. u. lo. l. 2. §. Sunt. Qui peti tut.

f Modestinus habet confessum. l. 2. §. 1. Qui

peti tut. hoc est, ubi Prætoris dabitur copia. l. 2. §. Quid. hoc tit. l. 3. Cod. eod.

a *Legitima f. de qua hic agitur.*
 b d l. 2. in prin. ff. eod. Fac. l. 4. Und. cog.
 c Fac. l. Spurius. Und. cog.

d *Hic tit. cum praecedenti in Pand. conueniens est Paul. lib. 4. Sent. tit. 10.*
 e l. 1. Ad Tertyl.

f *Marco & Commodo Imperatoribus. Lampridius in Commod. Omu phrus in Fast. Fabiodorus idem narrat in libro, de Consulibus.*

g *l. ult. ad Tertyll.*

h *Fratribus, sc. Theoph.*

i *Valentiniani, Theodosii & Arcadij. l. Si defunctus. & alius Cod. Th. de legit. hor.*

moriētium successione ^amerito repellentur. Licet autem vulgò ^bquæritus sit filius filiaue: potest tamen ad bona eius mater, ex Tertylliano Senatuscōsulto, admitti.



DE SENATVCONSULTO

Orficiano ^d.

TITVLVS IIII.

Hoc S C filius succedit matri, & quamvis matri cognatus si non agnatus, matris tamen agnatis praefertur. l. C.

PEr contrarium autem, liberi ad bona matrum intestatarū admittuntur ^eex Senatusconsulto Orficiano, quod Orficio & Rufo Cōsulibus effectum est, diui Marci temporibus ^f: & data est tam filio, quàm filiae legitima hereditas, etiam si alieno iuri subiecti sint: & praeferruntur consanguineis ^h & agnatis defunctæ matris. § Sed cum ex hoc Senatuscōsulto nepotes & neptes ad auiæ successionem legitimo iure non vocarentur: postea hoc constitutionibus Principibus ⁱ emendatum est, vt ad similitudinem filiorum filiarūque & nepotes & neptes vocentur. § Sciendum autem est huiusmodi successiones, quæ ex Tertylliano & Orficiano Senatusconsultis deferuntur,

D I
ferunt
propri
tate
peru
cim
sciēd
quæ
hoc S
§ Si
quid
alia
adeat
rū po
rede

D I

redi
can
pat
Sen

repellen-
us sit filius
ius mater,
o, admittit.

SVLTO

quamvis ma-
triam tamen

, liberi ad
carū admittuntur
onsulto Or-
o Cōsultibus
oribus^f: &
egitima he-
diecti sunt:
^b & adigna-
tūm ex hoc
tes ad auiz
on vocaren-
bus Princi-
ad similitu-
epotes &
n autem est
ex Tertyl-
onsultis de-
feruntur,

feruntur, capitis deminutione nō perimi^a,
propter illam regulam, quæ noua^b heredi-
tates legitimæ capitis deminutione^c non
pereunt: sed illæ solæ, quæ ex lege duode-
cim Tabularum deferuntur. Nouissimè
sciendum est etiam illos liberos, qui vulgò
quæsi^d sunt, ad matris hereditatem ex
hoc Senatusconsulto admitti.

§ Si ex pluribus^e legitimis^f heredibus
quidā omiserint hereditatē, vel morte, vel
alia causa^g impediti fuerint, quo minùs
adeāt: reliquis, qui adierint, adcrefcit illo-
rū portio: & licet antè^h decesserint, ad he-
redes tamen eorum pertinet.



DE SVCCESIONE CO- gnatorum.

TITVLVS V.

¶ Post suos & adgnatos qui ve ius eorum obti-
nent, à Prætorè adgnati: mancipati: ad-
mittuntur.

Post suos heredes, eosq; quos in-
ter suos heredes Prætorⁱ & cōsti-
tutiones^k vocāt, & post legitimos

reditas. h Vet. & licet antè decesserint quàm adierint. legēdum
tamen est quàm adcrefceret, vt in l. si ex pluribus. l. C. i Emanci-
pator intelligit. §. Admonendi. De hered. qua ab inst. Paul. lib. 4.
Sent. tit. 11. k Ut eos qui curiis dati sunt. §. 2. ill. tit.

a Fac. Ulp. l. 1.
§. Capitis. Ad
Tertyl.

b Quo nouo
post leg. xij. tab.
iura deferuntur.
l. Tutelas §. 1.

c De capit. min.
c Minima, sc.
qua iura cogna-
torum non per-
eunt: alius dua-
bus fecus.

d Fac. l. 1. §.
Sed Ad Ter-
tyl. Item ex cō-
cubina l. pen. §.
vlt. Ad Ursic.

e Ex Mar. l.
§. i ex pluribus.
De suis & leg.

Fac. l. 3. §. 3. de
bon. poss. l. 26.
§. 1. De cod. &
demonst. l. vnic.

§. His i. a. Cod.
De cod. toll.

f Intestato suc-
cedētib; scilicet.

g Præter pœ-
nalem, qua fi-
sco d. fertur he-

reditas.

a Tertullia -
nam & Orfi-
cianum.

b Illa ex foro-
re gentis ad-
gnatorum ius
tribuit. §. Nec
von. De heredit.
que ab intest.
des.

c Fac. l. Non
facile. §. Cognat-
ionis. De grad.
cogn.

d l. Legitimus.
Und. cogn.

e Imo ex con-
stitut. Iustini ani
etiam filius. l.
ult. Cod. De le-
git. hered. l. C.
f Regnavit an-
no Christi 492.
ab eo secundus
imperavit Iu-
stin.

g Non extat.
Fac. d. l. ult. De
legit. hered. & l.
4. De legit tu-
tor. Cod

h Hoc proprio
nomine cognatio naturalis significatur: nam in ea sola proximi-
tas spectatur. In suorum, in agnatorum ordine, non quis sit proxi-
mior, sed quis suus, quis agnatus spectatur: ac saepe fit ut proxi-
mior suus vel agnatus excludat, §. Repetitis. §. ultimo. titulus
proximo.

(quo numero sunt agnati, & hi, quos in
locum agnatorum tam supradicta Se-
natulconsultra^a, quam nostra erexit con-
stitutio^b) proximos cognatos Prætor vo-
cat, qua parte naturalis^c cognatio specta-
tur. nam agnati capite deminuti^d, qui-
que ex his progeniti sunt, ex lege duode-
cim Tabularum, inter legitimos non ha-
bentur, sed à Præatore tertio ordine vocan-
tur: exceptis solis tantummodo fratre &
sorore emancipatis: non etiam liberis^e eo-
rum, quos lex Anastasiana^f cum fratribus
integri iuris constitutis, vocat quidem ad
legitimam fratris hereditatem, siue foro-
ris: non æquis tamen partibus, sed cum
aliqua deminutione, quam facile est ex ip-
sius constitutionis^g verbis colligere.

§ Aliis verò agnatis inferioris gra-
dus, licet capitis deminutionem passi non
sunt, tamen anteponit eos, & procul-
dubio cognatis. § Eos etiam, qui per
fœminini sexus personas ex transverso co-
gnatione iunguntur, tertio gradu, proxi-
mitatis^h nomine, Prætor ad successiorem
vocat. Liberi quoque, qui in adoptiva fa-
milia sunt, ad naturalium parentum he-

reditatem

¶ *Discrimen inter adgnatos & cognatos.*

§ Vulgò quasitos ^a, nullos habere adgnatos, manifestum est: quum adgnatio à patre sit, cognatio à matre, hi autem nullum patrem habere intelligantur. Eadem ratione ne inter se quidem possunt videri consanguinei esse: quia consanguinitatis ius, species est adgnationis. Tantum ergo cognati sūt tibi, sicut & matri cognati sunt ^b. Itaque omnibus istis ex ea parte competit bonorum possessio, qua proximitatis nomine cognati vocantur.

§ Hoc loco & illud necessariò admonendi sumus, adgnationis quidem iure admitti aliquem ad hereditatem, & si decimo gradu sit: siue de lege duodecim Tabularum quaeramus, siue de edicto, quo Prætor legitimis heredibus daturum se bonorum possessionem pollicetur ^c. Proximitatis verò nomine, iis solis Prætor promittit bonorum possessionem, qui vsque ad sextum gradum cognationis sunt, & ex septimo à sobrino ^d sobrinaque nato natave ^e.

a Fac. v. sp. d. l. Spuria. Vnd. cogn.

b Vt. sicut ex matre cognati sunt. Sensus hic est, eos inter se cognatos esse, sicut ex illis qui per matrem coniunguntur, cognati sunt. Adgnati sunt ex patre cognati: Cognati sunt ex matre cognati. l. Cui.

c d. l. 2. ill. tit. Proximitas verò hic pro cognatione ponitur. vi. j. De seruil. cog.

d Ant. Aug. lib. 2. cap. 5. E. mend.

e At cur pronepotes patruellum, & nepotes

fratrum, nepotes matrum patruorum, filios maximorum patruorum, filios tritauorum, qui omnes in septimo gradu sunt, æquè ac sobrinorum filij, Prætor non vocat? An quia rix illis vitam prouigari tam longè contingit? an quia illis nomina non suppetebant, ut sobrino natis? A. Cont.

2 Id est, ordinibus, sic Ouid. 13. Met. Totidemque gradus distans ab illo.

3 Multis certe de causis. primum ob tutelam: heredita. tenor. honor. poss. testimonium: nuptias l. iuris. cons. h. de.

4 Sic tot. tit. ex Cajo descri. ptus est l. i. cod.

5 Nam primus gradus nullus est ex transverso. Theoph. Fac. l. Stem. mata, hoc tit.

6 Ecce, nos col. locat fratrem ad dextram, sororem ad sinistram, ut vulgares Stem. mato graphi:

quae res totam de gradibus doctrinam conturbauit. Idcirco sic stemmata describenda videntur, ut vnum tantum latus habeant transversum. Ex transverso frater & soror, quia. s. ut Paulus ait, patris & matris persona per quos coniungitur, prior numeratur, l. iuris. cons. l. ult. D. cod. Alexander 2. c. ad sedem. 35. q. 5. id reprehendit, quam recte ille viderit: nam D. Ambrosium hoc modo gradus numerasse ostendit Ceterus lib. 2. Subseciuarum, cap. 1.

DE GRADIBVS ⁴ COGNATIONUM.

TITVLVS VI.

¶ Vet. lib. De gradibus cognationis, & ibi infra, Adgnationis quoque gradus, additur.



Hoc loco necessariū⁵ est exponere, quemadmodū gradus cognationis numerētur. Quare⁶ in primis admonēdi sumus, cognationē aliam supra numerari, aliam infra, aliam ex trāuerso, quæ etiam à latere dicitur. Superior cognatio est parētum inferior liberorum: ex transverso fratrum sororumque, & eorum, qui quæve ex his generantur: & conueniēt patrum, amitarum, auūculi, matertera. Et superior quidē & inferior cognatio à primo gradu incipit: at ea, quæ ex trāuerso numeratur, à secundo⁷. § Primo gradu est supra, pater mater: infra filius, filia.

§ Secūdo gradu supra Auus, auia: infra Nepos neptis: ex trāuerso Frater, soror⁸.

§ Tertio gradu supra Proauus, proauia:

infra

infra pronepos, proneptis: ex trāuerso fratris sororisque filius, filia: & conuenienter patruus, amita, auunculus, matertera. Patruus est frater patris, qui Græcè πατράδελφος^a appellatur. Auunculus est frater matris, qui Græcè μητράδελφος^b dicitur. & vterq; promiscuè Δείος^c appellatur. Amita est patris soror, quæ Græcè πατράδελφη appellatur. Matertera verò matris soror, quæ Græcè μητράδελφη dicitur. & vtraque promiscuè Δεία^c appellatur. § Quarto gradu suprā abauus, abauia: infra abnepos, abneptis: ex trāuerso fratris, sororisque nepos neptisve: & conuenienter patruus magnus, amita magna, id est, aui^d frater & soror. ite auunculus magnus, & matertera magna, id est, auiæ frater & soror. consobrinus, consobrina, id est, qui quæve ex sororibus, aut fratribus procreantur. Sed quidam^e rectè consobrilinos eos propriè dici putant, qui ex duabus sororibus progenerantur, quasi cōsororinos. eos verò, qui ex duobus fratribus progenerantur, propriè fratres patrueles vocari. Si autem ex duobus fratribus filia nascuntur, sorores patrueles appellari. At eos, qui ex fratre & sorore progenerantur, amitinos^f propriè dici putant. Amitæ tuæ filij consobrinum te appellāt, tu illos amitinos. § Quinto gradu suprā atauus, atauia: infra atnepos, atneptis: ex trāuerso fratris sororisq; pronepos, pro-

a Quidam legunt πατρός & μητρός. ex Theoph. & vet.

b Sic vocat Scævola in l. Cuius. 37. §. Codicillis. De leg. 3. Nouell. 118.

c Addit Theophilus. vel apud quosdam πτεός. & pleraque vet. confirmant.

d Fac. l. 1. & vlt. hoc tit. Vid. Sextum Pomp. lib. 11.

e Ut Caius d. l. 1. §. Quarto. & Paulus l. Iurisconsultus. §. Quarto. hoc tit.

f Alii procreantur.

g Vide Nonium Marcell. Sext. Pomp. & Paul. lib. 4. Sent. tit. 11.

& ille additur.

xpone. cognata. in prima. et aliam. ex trāuerso. superiorum. eorum. conuenter. natio à trāuerso. gradu. lia.

: infra. foror. roauia:

sic stem. et transf. ut, patri. uiscom. et. quam. uerasse o.

infra

a In quibusdam manu-
 scriptis, propior
 sobrinus. propior
 sobrina. Et ita receptum
 est consobrinorum
 filios appellari, relatio-
 ne ad sobrinos facta,
 qui sunt in gradu sexto:
 & proprie sobrini
 vocantur, l. 3 D. rod. v.
 b Fac l. 3. & ult. eod.
 c Cm. lib. ser. his
 inclusis carent. ipse
 etiam Theoph.
 * Id est, patris magni,
 matris magnae, nepos
 neptis.
 d Ant. Aug. Emend. 2. lib.
 cap. 5. Propius
 sobrino mihi est
 consobrinus mei
 filius, & consobrina
 mea filia, & patris
 mei consobrinus,
 &c. ait de-
 xius Pomp. e

neptis, & conuenienter propatruus, pro-
 amita, id est, proauui frater & soror: & pro-
 auunculus & promatertera, id est, proauui
 frater & soror. Itē fratris patruelis vel so-
 roris patruelis, consobrinus & consobrina,
 amitinus & amitinae filius filia, propius so-
 brino, propius sobrina. hi sūt patruui ma-
 gni, matris magnae, auunculi magni, mater-
 terae magnae filius filia. § Sexto^b gra-
 du supra tritauus, tritauia: infra trinepos,
 trineptis: ex transuerso fratris sororis-
 que abnepos, abneptis: & conuenienter ab-
 patruus, abamita, id est, abauui frater & so-
 ror: abauunculus. abmatertera, id est, ab-
 auuae frater & soror. [item propatruui, pro-
 amita, proauunculi, promaterterae filius filia:]
 Itē propius sobrino, sobrinae filius
 filia, * itē consobrinus^d consobrinae, nepos ne-
 ptis id est qui quæue ex fratribus, vel sororibus
 patruelibus, vel consobrinis, vel amitinis
 progenerantur. § Haecenus ostēdisse
 sufficiat, quemadmodū gradus cognationis
 numerentur. Nanque ex his palam
 est intelligere, quemadmodum vteriores
 quoque gradus numerare debemus: quippe
 sepe generatae persona gradū adiicit:
 vel longē facilius sit respondere, quotus
 quisque gradu sit, quam propria cognationis
 appellatione quemquam denotare.
 Vet. generata quaque, vna quaque generatio vel
 successio gradum efficit.

§ Adgna-

§
 mod
 ocul
 minu
 post
 ti lib
 ribus
 perfe

D

*In



poll
 nec
 put
 qua
 ius

Fac.
 f D

§ Adgnationis^a, quoque gradus eodem modo numeratur. Sed cum magis veritas oculata^b fide, quam per aures animis hominū infigatur: ideo necessariū duximus post narrationē graduū, eos etiam præsentī libro inscribi^c: quatenus possint & auribus, & oculorū inspectione adolefcentes perfectissimā graduū doctrinā adipisci.

DE SERVILI COGNATIONE^d.

TITVLVS VII.

**In quibusdam veteribus, & apud Theophi. non est hic nouus tit. sed superioris pars: quoniam, (ut monet Con.) in nonnullis manuscriptis aliquantulum membrana vacua ante hunc §. reditum reperitur ad graduum (ut verisimile sit) descriptionem. Theophilus superiori coniungit. & Harmenop. lib. 2. Iuris dicitur, citans tit. huius lib. De empt. & vend. ait esse vigesimum tertium qui sanè aliqui vigesimus quartus esset.*

Illud certum est, ad seruiles cognationes illā partē edicti, qua proximitatis nomine bonorum possessio permittitur, non pertinere. nam nec vlla antiqua lege^e talis cognatio computabatur. § Sed nostra constitutione, quam pro iure patronatus fecimus (quod ius vsque ad nostra tēpora satis obscurū, Fac. l. §. 1. Und. cog. l. Iurisc. §. Nomen in fi. & l. vlt. De gradib. cog. f. Desideratur hæc constitutio.

a Ut sit cognationis gradus numeratur, ita adgnationis gradus, qui penè in infinitum extenduntur. l. Cuiac.

b Sic Horat. in Arte Poet. Scignius irritans animos demissa per aurem, &c. Ratio est apud Arist. & aliorum.

c Hæc ordinis cognationis descriptio perit, ut plerique Romanorum iurisprudentis alia, temporum iniuria.

d Hæc sunt quæ ex seruitute ducunt originem, quarū vsus atque vis aliqua tamen demum esse potest, cum dissoluta est seruitus. ex l. 33. De reg. iur.

e l. Quod attinet. De reg. iur.

a Imperat. (Constantinus vocat contubernium quod scilicet, seruorum est. l. Cum an-tilis Cod. De incest nupt.

b Satis erat dicere, vel liberos habuerit: nam & liberos habere dicitur, qui unam habet. l. Non est. 148. De ver. signif.

c Patre vel matre scilicet. d Nimirū parentes.

e Vide hic Theoph.

f Hæc deprauata sunt. Cuius iacini legit, siue ex eodem patre, vel eadem matre, siue ex alio qualicumque copulatione nati sint ad

similitudinem, &c. Nam aliæ nuptiæ non sunt, cum priores male fuerunt: Rursus si ex nuptiis sunt quidam, naturales cum eis concurrere non possunt. tum verò si sunt ex nuptiis, cur adiecit ad similitudinem, & qua sequuntur? Hunc locum valde obscure illustrat Theophilus.

atque nube plenum, & vndique confusum fuerat) & hoc humanitate suggerere concelsimus, vt si quis in seruili constitutus consortio^a, liberum^b vel liberos habuerit, siue ex libera, siue ex seruilis conditionis muliere: vel contra, serua mulier ex libero vel seruo habuerit liberos cuiuscunque sexus: & ad libertatem his peruenientibus^c, ij, qui ex seruili vetre nati sunt, libertatem meruerint, vel dum mulieres liberæ erant, ipsi^d in seruitute eos habuerint, & postea ad libertatem peruenerint: vt hi omnes ad successionem patris vel matris veniant, patronatus iure in hac parte sopito. § Hos enim liberos non solum in suorum parentum successionem, sed etiam alteri in alterius^e successionem mutuam vocauimus, ex illa lege specialiter eos vocantes: siue soli inueniantur, qui in seruitute nati, & postea manumissi sunt: siue vnâ cum aliis, qui post libertatem parentum concepti sunt: siue ex eodem patre, siue ex eadē matre, siue ex aliis nuptiis, ad similitudinem eorum, qui ex iustis nuptiis procreati sunt.

§ Repetitis itaque omnibus, quæ iam tradidimus, apparet non semper eos, qui

parem

parem
niter vo
qui pro
rē esse
rum he
herede
tem, v
esse, q
que des
& mat
mum g
ter vero
gradu
Nec int
an non
cipato,
est. §
quos
adgnat
tionis
runque
cognat
pos au
Toties
beri eu
tionis
cognat
dum, o
que ad
beat (se
ptis fra

parem gradum cognationis obtinent, pariter vocari^a. cōq; amplius, ne eū quidem, qui proximior sit cognatus, semper potiorē esse^b. Cū enim prima causa sit suorum heredum, & eorum, quos inter^c suos heredes enumerauimus: apparet pronepotem, vel abnepotem defuncti potiorē esse, quā fratrem, aut patrem, matremque defuncti^d: cū alioqui pater quidem & mater (vt supra quoq; tradidimus) primum gradum cognationis obtineant, frater verò secundum, pronepos autem tertio gradu sit cognationis: & abnepos quarto. Nec interest, in potestate morietis fuerit, an non: quod vel emancipatus, vel ex emancipato, aut ex foemineo sexu^e propagatus est. § Amotis quoque suis heredibus, & quos^f inter suos heredes vocari diximus, adgnatus (qui integrum ius habet adgnationis^g, etiam si longissimo gradu sit) plerunque^h potior habetur, quā proximior cognatus. Nam patruus nepos, vel pronepos auunculo, vel materteræ præfertur. Toties igitur dicimus, aut potiorē haberi eum, qui proximiorē gradū cognationis obtinet: aut pariter vocari eos, qui cognati sunt: quoties neque suorum heredum, quique inter suos heredes sunt, neque adgnationis iure aliquis præferri debeat (secundum ea quæ tradidimus) exceptis fratre & sorore emancipatis, qui ad

a Fac. l. 7. C.

De legit. hered.

b l. 9. Cod. De

legit. hered.

c Vet. Codex

Quousq; inter

suos heredes sã

enumerauimus.

l. Cuiac.

d Quādiu e-

nim ex linea

descendentiu a-

liquis superest,

excluduntur as-

cendentes & col-

laterales. l. 1. &

2. ff. De suis &

legit. Ves.

e Aliis gene-

re Theoph. An-

λυουιας.

f Vet. Quous-

que.

g Veluti qui

emancipatus nō

est. 5. De succes-

cogn.

h Hoc verbo

excipit Iustin.

fratrē & sororē.

i. hoc tit. §. 1.

De success. cog.

5. Fac. l. 4. De

leg. tut. ar. l. ult.

De leg. hered.

Vid. hęc Theo-

philum.

onfulum
ēte con-
stitutus
habuerit,
ditionis
ex libero
inque se-
rentibus;
ortatem
ræ erant,
& postea
omnes ad
eniāt, pa-
. § Hos
n paren-
erū in al-
cauimus,
s: siue so-
, & post-
aliis, qui
pti sunt:
ē matre,
nem/co-
eati sunt.
quæ iam
eos, qui

riores mul-
les cum eis
dicat ad si-
obscuro

parem

a Capitulum pas-
sive qua ipsi li-
berto succedi-
tur. *Vid. Ulp. in
fragm. tit. 27.
28. & 29.*

b *Lege. sc. xij. c.
Tab. Ut quisq;
legasset, in res
sua ius esto.*

c *Fac. Vlp. l. 3.
De suis & leg.
Vid. Alexand.
Neapol. Gemia.
dier. lib. 3 c. 20.*

d Legitimo ma-
trimonio natos,
quos hic adopti-
uis opponit.

e Id est, patro-
nus iure cōquiriti
non poterat, quod
patro nō feren-
dū erat, neq; in-
dignū erat pa-
tronum natura
cedere. *Theoph.*

f *Fac. l. 1. De
bon. libert.*

g *Vlp. in frag.
tit. 27.*

h Nō eorū ar-
tē, quae in ca-
stris quaeserat,
à quib. expelle-
batur oīno pa-
tronus. *l. 3 §. Pa-
tron. de bo. lib.*

successionē fratrum, vel sororū vocantur;
qui etsi capite deminuti sunt, tamen praer-
feruntur ceteris ulterioris grad⁹ adgnatis.



DE SUCCESSIONE . LI.

bertorum.

TITVLVS VIII.

¶ *Lege xij. Tab. patronus ad liberti hereditatem,
nisi quum intestato, ac sine suis herediōis de-
cessisset, non vocabatur. l. 3. D. de suis & leg.*



Nunc de libertorū bonis videam⁹.
Olim^b itaque licebat liberto pa-
tronum suū impunē testamen-
to praeterire. nam ita demum lex duode-
cim Tabularum^c ad hereditatē liberti vo-
cabat patronum, si intestatus mortuus es-
set libertus, herede suo nullo relicto. Ita-
que intestato mortuo liberto, si is suū he-
redem reliquisset, patrono nihil in bonis
eius iuris erat. Et si quidē ex naturalibus^d
liberis aliquem suum heredem reliquisset,
nulla videbatur querela^e. si verō adopti-
filius fuisset, aperte iniquum erat, nihil i-
uris patrono superesse. § Qua de causā
postea Praetoris edicto^f hac iuris iniqui-
tas emēdata est, siue enim faciebat testa-
mentū libertus^g: iubebatur ita testari,
patrono partem dimidiā bonorū^h suorum
relin-

DE S
relinquere
dimidiā^a r
tra tabula
norū po
tur, suo he
batur equ
redem, p
Prodesse
dendum p
him quos
bebat, se
nem dati
heredes e
bonorum
rio petier
repelleba
ge^b apia^c
qui locu p
tum est e
tium^d cen
querat, &
bebat (si
tus mortu
beretur. I
filiamve h
inde pars
si is sine v
fisset: cū
querat, t
tres reliq
§ Sed

relinqueret: et si aut nihil, aut minus parte dimidia* reliquerat: dabatur patrono, cōtra tabulas testamenti, partis dimidiæ bonorū possessio^b. Siue intestatus moriebatur, suo herede relicto filio adoptiuo^c: dabatur æquē patrono, cōtra hunc suum heredem, partis dimidiæ bonorū possessio. Prodesse autem liberto solebāt, ad excludendum patronū, naturales liberi: non solum quos in potestate mortis tempore habebat, sed etiam emancipati, & in adoptionem dati: si modò ex aliqua parte scripti heredes erant, aut prateriti cōtra tabulas bonorum possessionem ex edicto Prætorio petierant nam exheredati, nullo modo repellabant patronum. § Postea^d verò lege Papiæ^e adaucta sunt iura patronorum, qui locupletiores^f libertos habebāt. Cautum est enim, vt ex bonis eius qui iesteritium^g centum millium patrimonium reliquerat, & pauciores, quam tres liberos habebat (siue is testamēto facto, siue intestatus mortuus erat) virilis pars patrono deberetur. Itaque cum vnum quidem filium filiamve heredem reliquerat libertus, perinde pars dimidia debebatur patrono, ac si is sine vllō filio filiavē intestatus^h decessisset: cum verò duos duāsvē heredes reliquerat, tertia pars debebatur patrono: si tres reliquerat, repellebatur patronus.

§ Sed nostra constitutioⁱ (quam pro p. ij.

a l. 3. §. toties. ff. de bon. libert.
b l. 1. ff. de bon. lib. Vlp. Instit. cap. 29.

c Secus si naturalis, vt max sequitur.

d Anto. Aug. Emēd. li. 2. c. 7.

e Cuius erant multa capita. Ne sexaginti^o uxorem, Ne Senator liberti inā duceret. De caducis. De patroni iure in bonis liberti.

f Locupletiores: erāt lege Papiæ, qui H. S. 100 millium rem habebant. Fac. l. 26. de bon. lib.

g Plin. lib. 33. cap. 3. Gell. lib. 20. cap. 1. id est. centum aureorum feriet.

h Quidam legunt testatus, quibus ad stipulatur. Theoph.

i Desiderat ut hac constitutio. Meminit Iustin. Nouell. 1.

III.

vocantur:
amen pr.
adgnant.

E. LI.

hereditatem
hereditatem
suis & leg.

is videam^r.

liberto pa-

testamen-

lex duode-

liberti vo-

mortuus es-

relicto. Ita-

si is suū be-

hil in bonis

naturalibus

reliquisse

rō adopti-

rat, nihil au-

ta de causa

uris iniqui-

ciebat testa-

ta testamē-

torū^r suorum

relin-

a Mille rep-
nendum confir-
mat Hotom.

b Centum le-
git Hotom. &
ait transposita
esse. Centum e-
nim sestertij au-
reum valent:
quare centū mi-
lia eorum, mille
aureos consiciunt.
Wes.

c Quo sensu
accipiat ut hic
aureus, Aletat.
libr. 3. Dispun.
cap. 9.

d Centenarius
libertus conse-
batur, qui in
finiam tempore
100, aureos in
bonis haberet.

e Hoc verbum
non agnoscit ve-
tus exemplar
Rancomti.

f Qua in re
patronus cum fi-
lio conuenit cui
si quid testamē-
to fuerit relictu-
cessas inofficiosi
querela. l. Om-
nimodo. Cod. De
inoffic. testa.

omni natione, Græca lingua comprehendit
lo tractatu habito composuimus) ita ha-
iusmodi causam definiuit, vt si quidem
bertus vel liberta minores cētenarij
id est, minus^a centum aureis habeant
stantiam (sic enim legis Papiæ summa
terpretati sumus, vt pro mille^b sestertij
vnus aureus^c cōputetur) nullum locu-
beat patronus in eorum successione: si
men testamentum fecerint. Sin autem
testati decesserint, nullo liberorum
cto: tunc patronatus ius (quod erat ex
ge duodecim Tabularum) integrum re-
uauit. § Cū verò maiores centenarij
sint, si heredes vel bonorū possessores
beros habeant, siue vnū, siue plures, casu
cūque sexus vel gradus: ad eos successio-
nes parētum deduximus, patronis omni-
bus modis^e vnā cū sua progenie semper.

§ Sin autē sine liberis decesserint, si
dem intestati, ad omnem hereditatem pa-
tronos, patronasque vocauimus. si verò
stamētum quidem fecerint, patronos
tem aut patronas præterierint, cum
los liberos haberent, vel habentes con-
heredauerint, vel mater siue auus ma-
nus eos præterierint, ita quod non possunt
argui inofficiosa eorum testamēta: nec
ex nostra cōstitutione per bonorum pa-
fessionem contra tabulas, non dimittuntur
(vt antea) sed tertiam partē bonorum

beri con-
cōstitutio-
nus terra-
tus, vel in-
re, vt nec
parte leg-
sed ad co-
det. § M-
fata consi-
sarios esse
tis perspe-
que, qua
transuerso
gradum,
bertarū
tutione in-
troni, vel
plurium
liberti, vt
in capita
fio: eodem
lo latere
sonantia
in success-
iis liberti-
uitatē R
alij libert-
sublatis, e-
nes nullæ
ri vitam
ultimo sp-

beri consequantur: vel quod deest eis, ex
 cōstitutione nostra replicatur, si quādo mi
 nus tertia parte bonorum suorum liber
 tus, vel liberta eis reliquerit: ita sine onere,
 vt nec liberis, liberti, libertæve ex ea
 parte legata, vel fideicommissa præstetur,
 sed ad coheredes eorum hoc onus redun
 det. § Multis aliis casibus à nobis in præ
 fata constitutione cōgregatis, quos neces
 sarios esse ad huiusmodi dispositionē lu
 tis perspeximus: vt tam patroni, patronæ
 que, quā liberi eorum^b, necnon qui ex
 transuerso latere veniunt, vsque ad quintū
 gradum, ad successionem libertorum, li
 bertarūve vocentur, sicut ex ea consti
 tutione intelligēdum est: etsi eiusdem pa
 troni, vel patronæ, vel duorū duarūque,
 pluriūve liberi sint: q̄ proximior est, ad
 liberti, vel libertæ vocetur successione, &
 in capita^c non in stirpes diuidatur succes
 sio: eodem modo, & in iis qui ex transuer
 so latere veniūt, seruādo. Penē^d enim con
 sonantia iura ingenuitatis, & libertinitatis
 in successione fecimus. § Sed hæc de
 iis libertinis hodie dicenda sunt, qui in ci
 uitate Romanā peruenerūt: cū nec sint
 alij liberti, simul & Dedititiū^e, & Latinis
 sublati, cū Latinorū legitimæ successio
 nes nullæ penitus erant: quia licet vt libe
 ri vitam suam peragebant, attamen ipso
 ultimo spiritu simul animam, atque liber

a Ter ipsum
 sex patronum,
 qui si suum ve
 ndiaret tricen
 tem, certē ab eo
 præstaretur cui
 is tricens accre
 sceret, l. cūm
 patronus, De
 leg. 2. Mysing.
 b Fac. l. Qua
 ritur. 38. De
 bon. libert. & l.
 Patron. 17. eo.

c Ulp. in frag.
 tit. 27.
 d Cur hæc vo
 cula (quemad
 modū illa ge
 ddy in Nouell.
 constit. 1.) ad
 illa sit, docet
 Theoph. l. 2. Vi
 de eam Nouell.
 3, & 5. Cūmque
 antea De bon.
 p. 3.
 e l. 1. Cod. De
 dedit. lib. & l.
 De lat. dit. toll.

a Neque enim
vnuorum liber-
tinorum fuerat
vllum peculiu
quum liberi vi-
xissent. l. vit. in
fin. C. de inoffic.
test. Mysf.

b Et non ex
Iure heredita-
tis ait, Theoph.

c Hoc S C. re-
iectum esse, tã-
quam inutile,
testis est Instin.
Novell. 78.

d l. vnic. C. De
Lat. lib. toll.

e Repete ex l.
i. C. seq. ff. eod.
Modest. in l.
Adsignare. De
verbor. sig. 107.
Adsignare li-
bertu esse ait
test. ficari, cuius
ex lib. vis liber-
tum en esse vo-
luit, vt scilicet
eius sit peculia-
ris & proprius.

tatem amittebāt: & quasi seruorū, ita be-
na eorum, iure quodammodo ^a peculio
lege ^b Iunia Norbana manumissores de-
nebant. § Postea verò Senatusconsultum
Largiano ^c cautum fuerat, vt liberi manumis-
sionis nō nominatim exheredari facti
extraneis heredibus eorum in bonis Latini-
corum præponerentur. Quibus etiam
peruenit Diui Traiani edictum, quod e-
dem hominem, si inuito vel ignorante
trono, ad ciuitatem Romanam venire
beneficio præcipis festinarat, faciebat
idem viuum ciuem Romanum, Latini-
corum morientem. § Sed nostra cōstitutio
propter huiusmodi conditionum vice
alias difficultates, cum ipsis Latinis
legem Iuniam, & Senatusconsultum Lar-
gianum, & edictum Diui Traiani, in pe-
petuum deleri cēsumus: vt omnes libe-
ri ciuitate Romana fruātur. & mirabili
modo quibusdā adiectionibus ipsas vias
in Latinitatem ducebāt, ad ciuitatem Ro-
manam capiendam transposuimus.

DE ADSIGNATIONE
libertorum.

TITVLVS IX.

IN summa (quod ad bona libertorum atinet) admonendi sumus, celsuisse senatum^a, ut quantum ad omnes patroni liberos, qui eiusdem gradus sunt, æqualiter bona libertorum pertineant: tamen licere parenti, vni ex liberis adsignare libertum, ut post mortem eius solus is patronus habeatur, cui adsignatus est: & ceteri liberi, qui ipsi quoque ad eadem bona, nulla adsignatione interueniente pariter admitterentur, nihil iuris in his bonis habeant: sed ita demum pristinum ius recipiant^b, si is cui adsignatus est, decesserit nullis liberis relictis. Nec tantum libertum, sed etiam libertam: & non tantum filio, nepotivæ, sed etiam filix, neptivæ adsignare permittitur.

§ Datur autem hæc adsignandi facultas ei, qui duos pluresve liberos in potestate habebit: ut eis, quos in potestate habet^c, adsignare libertum libertamve liceat. Vnde quærebatur, si eum, cui adsignavit, postea emancipaverit: num evanescat adsignatio? Sed placuit evanescere: quod & Iuliano, & aliis plerisque visum est. Nec interest, an testamento quis adsignet: an sine testamento: sed etiam quibuscunque^d verbis patroni hoc permittitur facere, ex ipso S. C. quod Claudianis^e temporibus factum est, Sabellio^f Rufo, Asterio Scapula Consulibus.

a Theoph. Fa-
ctū esse S. C. quo
causū fuit. & c.
b l. i. in fi. l. i. c.

c Non autem
emancipatus, qui-
bus nō potest af-
signari Theoph.
Obst. at. l. 9. ff.
eod. Sed. am. hic
explicat Cuiac.
d Vel nutu, vel
Codicillis. l. 1.
§. adsignare. vel
pure vel sub cō-
ditione, epistola,
chirographo. l.
Adsignare. hoc
tit.

e Claudio im-
perante.

f Alij Sabellio,
alijs Velleo scri-
bendū ait Cuiac.
Sullio, Ruffos
Plin. lib. 7. c. 5.
vel Saelleo ut in
P. Flor. scriptū
oportuit. & Oste-
rio seu Ostorio
Scapula, cuius
meminit Tacit.
lib. 16. & in A-
gricol. vid. Ant.
Athg. Emēd. lib.
3. cap. 7.



DE BONORVM POSSES-

sionibus.

TITVLVS X.

¶ Cur introducta sint bonorum possessiones, et eorum vis. Et secundum genus est acquiri per vniuersitatem: §. vlt. §. per quas personae acquir.

a Ulp. in frag. tit. 28.

b Adde, vel potius supplendi, vt in §. media. §. de leg. adgn. Ius. Prætor ius vetus emendat. l. ius civile. De iust. & iur. l. 6. §. 1. De bono pos. Duar. 2. Disp. cap. 38. Qui supplet etiam emendat.

c Id Gallo. Aquilio tribuunt alij. l. Gallus. De lib. & posth. Justiniano Tribonianus hic. Alienus aut posthumus est, qui natus inter suos, heres testatoris futurus non est. §. Posthumus. De legat. §.

d l. xij. Tab. Theoph. alij pro vestris prudentum accipiunt. e Hac intercedit. Fac. §. alieno. De leg. §.

Hvs bonorum possessionis introductum est à Prætorè emendandi veteris iuris gratia. Nec solum in intestatorum hereditatibus vetus ius eodem Prætor emendauit, sicut supra dictum est: sed in eorum quoque, qui testamento facto decesserint. §. Nam si alienus posthumus heres fuerit institutus: quamvis hereditatem Iure civili adire non poterat, cum institutio non valebat: honorario tamen iure bonorum possessor efficiebatur: videlicet cum à Prætorè adiuuabatur. sed & in nostra constitutione hodie rectè heres instituitur, quasi & Iure civili non incognitus. §. Aliquando tamen, neque emendandi, neque impugnandi veteris iuris, sed magis confirmandi gratia Prætor pollicetur bonorum possessionem. §. Nam illis quoque qui rectè testamento facto heredes instituti sunt, dat secundum tabulas bonorum possessionem. Itè ab intestato suos heredes, & adgnatos ad bonorum possessionem vocat.

§ Sed

§ fesi
uili.
ad
re
re no
fimi
fium
fitu
tor
redu
rum
com
rum
bat
Nar
per
pic
no
ex t
præ
tab
ptis
voc
fuit
succ
in b

§ Sed & remota quoque bonorū possessione, ad eos pertinet hereditas iure civili. § Quos autem solus vocat Prætor ad hereditatem: heredes quidem ipso iure non fiunt, nam Prætor heredem facere non potest, per legem enim tantum, vel similem iuris ^d constitutionem heredes fiunt, veluti per Senatusconsulta, & constitutiones principales. sed cum eis Prætor dat bonorum possessionem, loco heredum constituuntur, & vocantur bonorum possessores. § Adhuc autem, & alios complures gradus Prætor fecit in bonorum possessionibus dandis, dum id agebat, ne quis sine successore ^b moreretur. Nam angustissimis finibus constitutum per legem duodecim Tabularū ius percipiendarum hereditatum, Prætor ex bono & æquo dilatauit.

¶ Enumerat bonorum possessiones ex testamento, & ab intestato, primū ex iure veteri, deinde nouo.

§ Sunt autem bonorum possessiones ex testamento quidem hæ: Prima ^k, quæ præteritis liberis datur, vocaturque *Contra tabulas*. Secūda ^l, quam omnibus iure scriptis heredibus Prætor pollicetur, ideoque vocatur *secundum tabulas* [testamenti.] Et

fuit introducta bon. possess. Theophil. l. Et quia. De inerro. act. l. i. De succ. edict. de uell. 7. i. l. 6. §. 1. De bon. poss. i. l. 1. Quis ord. in bon. poss. l. 2. De bo. libert. l. 12. De Carb. edict. l. 1. l. 1. v. sub legit.

a Prætorio, scilicet non autem directo, licet in dem, quod heredes consequantur.

b Est enim veluti iuris civilis cuius. & assejator. Fac.

l. Quæ vsum fructu. de vsum fructu. per. l. Debitior. ad reb.

c Veluti leg. xij. Tab.

d Vel similem legis.

e Et Tertij. & Orfic.

f Vt Imperatoris constitutio, quæ sororis filium in numerum legitimorum reducit. l. vlt. C. De suis & leg.

g Præterquam Unde liberi, Unde legitimi,

Unde cogn. De quib. s.

h Quæ causa

k l. 1. Quis ord.

l. 1. l. 1. v. sub legit.

§ Sed

a *Ut emancipatis iure civili incognitis. §. Admonēdi. De her. quæ ab intest. def.*

b *l. 1. De suis & legit.*

c *Totidem etiam talesque persona ex edicto Prætoris fisco præferuntur in specie. l. 1. C. De secund. nup. l. Cuiac.*

d *Ut. siue cõsanguinei siue uterini.*

e *l. 1. Unde cogn.*

f *Sic legit Theoph. Cuiac. tum quem ex familia, ex l. 1. Unde leg. Alij eum quem, Atij tũ qui. Vlp. in frag. tit. 29. Alc. Nap. l. ca.*

g *Anto. Aug. lib. 7. cap. 2.*

h *l. 1. Unde vir & vxor. l. 1.*

i *Col. eod. h § penult. De success. libert. Vlpian. in fragm. tit. 1. C. 28.*

k *Id est, incorrectum.*

cum de testatis prius locutus est, ad intestatos transitum fecit. Et primo loco suis heredibus, & iis^a, qui ex edicto Prætoris inter suos heredes connumerantur, dat bonorum possessionem, quæ vocatur *Vnde liberi*. Secundo, legitimis heredibus.

§ Tertio, decem personis^b, quas extraneo manumissori præferbat. sunt autem decem personæ^c hæ: Pater, mater: auus, avia, tã paterni, quàm materni: item filius, filia: nepos, neptis, tã ex filio, quàm ex filia: frater, sororve, consanguinei^d, vel uterini. Quarto^e, cognatis proximis. Quinto, *Tanquam ex familia*^f. Sexto, patrono, patronæque, liberisque eorum, & parentibus. Septimo, viro^g & vxori. Octavo^h, cognatis manumissoris. § Sed eas quidem Prætoria introduxit iurisdictioneⁱ: à nobis tamen nihil incuriosum^k prætermisum est: sed nostris constitutionibus omnia corrigentes, Contra tabulas quidem, & secundum tabulas bonorum possessiones admisimus, utpote necessarias constitutas: necnon ab intestato *Vnde liberi*, & *Vnde legitimi*, bonorum possessiones. § Quæ autem in Prætoris edicto quinto loco posita fuerat, id est, *Vnde decem personæ*: eam pio proposito, & com-

pendioso sermone superuacuum ostendimus. Cum enim præfata bonorum possessio decem personas præponebat extraneo ^a manumissori: nostra constitutio ^b, quam de emancipatione liberorum fecimus, omnibus parentibus, eisdemque manumissoribus ^c contracta fiducia manumissionem facere dedit: ut ipsa manumissio eorum hoc in se habeat privilegium, & superuacua fiat supradicta bonorum possessio. Sublata igitur prædicta quinta bonorum possessione, in gradum eius sextam antea bonorum possessionem induximus: & quintam fecimus, quam Prætor proximis cognatis pollicetur. § Cumque antea fuerat septimo loco bonorum possessio, *Tanquam ex familia, & octavo Vnde patroni, patronæque, & parentes eorum: vtranque per constitutionem ^d nostram, quam de iure patronatus fecimus, penitus euacuauimus. Cum enim ad similitudinem successionis ingenuorum, libertinorum successiones posuerimus, quas usque ad quintum ^e gradum tantummodo coarctauimus (vbi sit aliqua inter ingenuos, & libertinos differentia) sufficit eis tam Contra tabulas bonorum possessio, quam *Vnde legitimi, & Vnde cognati*: ex quibus possunt sua iura vindicare, omni scrupulose, & inextricabili errore istarum duarum bonorum possessionum resoluta.*

a Hoc est ei qui filium non contracta fiducia emancipasset. *V. Mysf.*
 b Extat l. ult. C. de emanc. lib.
 c Inuicem Imp. sublata esse priusquam illas in emancipandis lib. imaginem viderentur, & fiduciarum patris. G.

d Huius etiam meminimus in h. sed nostra. s. de success. liber. ea hodie desideratur.

e Nã ex transverso communis patrono siue adoptati siue cognati, non ultra quintum gradum ad successionem libertorum admittuntur. *Mysf.*

a Prætoris bo.
poss. Und. vir, &
vxoꝝ, æquitate
probat, & ratio-
nem testim.

b Hæc pot ap-
pellari bonorum
poss. ex lege: si-
cut conditio ex
lege. Cont.

c Ordinarias vo-
cat quod ordine
deficiantur. l. 1.
Quis ord. in bon.
poss. seruet.

d l. vnic. ff. v. s.
ex legib. vel Sen-
nat. bon. poss. det.
l. 3. Und. d. n.

e Ulp. d. l. vni.
Ut ex legib. vel
Senat.

f Ideo à Præ-
tore introductū
est S. C. Successo-
riū, in defuncti
f. fauorem: cuius
successorem ha-
bere interest. l.
Et quia. De in-
terro. act. tū eo-
rum, qui ex or-
dine longiori ad
successionē vocā-
tur ordine suo:
diniq. in credi-
torū gratiam.

§ Aliam^e verò bonorum possessionem,
quæ, Unde vir, & vxor appellatur, & no-
no loco inter veteres bonorum possessio-
nes posita fuerat, & in suo vigore seruau-
imus, & altiore loco, id est, sexto eam po-
suimus: decima quoque veteri bonorū pos-
sessione, quæ erat Unde cognati manu misso-
ris^b, propter causas enumeratas merito
sublata: vt sex tantummodò bonorū pos-
sensiones ordinariæ^c permaneant, suo vi-
gore pollentes. § Septima eas sequuta,
quam optima ratione Prætores introdu-
xerunt^e. Nouissimè enim permittitur e-
dicto iis etiam bonorū possessio, quibus
vt detur, lege^e, vel Senatusconsulto, vel
constitutione comprehensum est: quàm
neque bonorum possessionibus, quæ ab
intestato veniunt, neque iis quæ ex testa-
mento sunt, Prætor stabili iure connume-
rauit: sed quasi vltimum & extraordina-
rium auxilium (prout res exigit) accom-
modauit, scilicet iis, qui ex legibus, Sena-
tusconsultis, constitutionibusve Principū,
ex nouo iure, vel ex testamento, vel ab
intestato veniunt. § Cum igitur plures
species successioneum Prætor introdu-
xisset, easque per ordinem disposuisset:
& in vnaquaque specie successioneis saepe
plures extent dispari gradu personæ: ne
actiones creditorum differretur, sed ha-
berent quos conuenirent, & ne facile in
posses-

possessionem ^a bonorum defuncti mittentur, & eo modo sibi consulere: ideo petendæ bonorū possessioni certū tempus præfinitur. § Liberis itaque & patribus, tam naturalibus, quam adoptiuis in petenda bonorum possessione anni spatium, cæteris autem [adgnatis, vel cognatis,] centum dierum dedit. Et si intra hoc tempus aliquis bonorum possessionem non petierit: eiusdem gradus personis adcrefcit ^b: vel si nullus sit, deinceps cæteris bonorum possessionē perinde ex successorio ^c edicto pollicetur: ac si is, qui præcedebat, ex eo numero non esset.

§ Si quis itaque delatam sibi bonorum possessionem repudiauert: non quousque tempus bonorum possessioni præfinitum exccsserit, expectatur: sed statim cæteri ex eodem edicto admittuntur.

§ In petenda ^d autem bonorum possessione dies vtiles ^e singuli considerantur. Sed bene anteriores Principes ^f & huic causæ prouiderunt, ne quis pro petendâ bonorum possessione curet: sed quocunque modo admittentis eam iudicium ^g (intra statuta tamen tempora) ostēderit, plenum habeat earum ^h beneficium.

^a Constantinus. l. ult. C. Qui admitti. ^g Ad iudicium enim erat Prætor in petenda bon. poss. ^h Aliud iudicium, id est, voluntatis argumentum. l. 1. C. The. de cretione. ⁱ Id est, declarauit. ^k Quidam legunt, eorum, Principum scilicet.

^a Hic significat bonorū detentionem, sive retentionem. Cic. pro Quir.

^b Vid. Duar. De iur. adcrefc. cap. 20. & cap. 18. lib. 2.

^c Quale illud sit discas ex §. Placebat. De leg. adgn. succ.

^d Fac. l. ult. C. Qui admitt. ad bon. poss.

^e Dies vtiles sunt, quibus scruerit sibi delatam esse possessionem bon. quibusque eam a Prætorē petere poterit: his opponitur dies cōtinui. Dies autem quibus aut nec scruerit, aut petere nō poterit, illa non cedunt. l. Utile.

^f Quis ord. in bon. poss.

a Trius enim
de hereditate
deinde bon. poss.
quæ ex testa-
mento vel ab
intestato dese-
runtur, egit.

b Moribus,
cōsuetudine, &
non scripto iure.
Theoph.

c Atq; etiam
eius filij. §. 11.
lud. de adopt.

d Ut nihil o-
mnino remane-
ret penes adro-
gatores. vid. l.
15. De adopt. l.
2. §. 2. De bon.
poss. sec. tab.

e Officialium,
non fabriliū.
Operarum Paul.
sunt dicitur offi-
ciū. l. 1. De op.
libert. locus est
difficilis. cum se-
mox Theophilus
explicaturū pol-
licetur: non ex-
plicat tamen.

f Extas l. pen.
§. ult. Cod. De
usufr.

g Vet. patribus.

DE ACQUISITIONE PER
adrogationem.

TITVLVS XI.

¶ Tertium genus acquirendi dominij per vniuer-
sitatē, de quo ius vetus & nouum in §. 1.
& §. 2. exponit.

ST & alterius generis^a per vni-
uersitatē successio, quæ neque
lege duodecim Tabularum, ne-
que Prætoris edicto, sed eo iure, quod cō-
sensu^b receptum est, introducta est. Ecce
enim cū paterfamiliās sese in adroga-
tionem dat omnes res eius^c corporales &
incorporales: quæque ei debitæ sunt, ad-
rogatori antea quidem pleno iure^d ac-
quirebantur: exceptis iis, quæ per capitis
deminutionem pereunt, quales sunt ope-
rarum^e obligationes, & ius adgnationis.
vñs etenim & vñsfructus, licet his antea
connumerabantur, attamen capitis deminutione minima eos tolli prohibuit no-
stra constitutio^f. Nunc autem nos eādem
acquisitionem, quæ per adrogationē fie-
bat, coarctauimus ad similitudinem natu-
ralium parentum. Nihil enim aliud, nisi
tātummodò vñsfructus, tam naturalibus
parentibus §, quam adoptiuis per filios fa-
miliarum acquiritur in iis rebus, quæ ex-
trinsecus

trinfecus^a filiis obueniūt, dominio eis integro seruato. § Mortuo autem filio adrogato in adoptiua familia, etiam dominium rerum eius ad adrogatorē pertransit: nisi supersint alia persona^b, quæ ex cōstitutione^c nostra patrem in iis, quæ acquiri non possunt, antecedant. § Sed ex diuerso pro eo, quod is debuit, qui se in adoptionem dedit, ipso quidem iure^d adrogator nō tenetur, sed nomine filij conuenitur: & si noluerit eum defendere, permittitur creditoribus^e per competentes nostros magistratus bona, quæ eius cum usufructu futura fuissent, si se alieno iuri non subiecisset, possidere, & legitimo modo ea disponere.



DE EO, CUI LIBERTA-

tis causa bona addicuntur^f.

TITVLVS XII.

¶ Quarta species acquisitionis per vniuersitatem, vt §. §. vlt. per quas person.

rogati: quod ideo constitutum est, ne in creditoris fraudem fiat adrogatio. § Bona addici dicuntur, vt cui heres non extat eius bona cuius qui se ad alienum soluiturum caueat, libertatum conseruandarum causa, attribuntur: vt etiam seruorum manumittendorum, si consentiant, patronus efficiatur: quod si sibi vacantem hereditatem occupet, praestes libertates: quod ius a D. Marco traditur l. 6. § vlt. C. de testi. manum. l. 2. ff. De fidei. libert.

a Extrinsecus parantur nobis, quæ labore nostro acquiruntur. vt peculū castri. vel quasi. non ex eius substantia, in cuius potestate sumus.

b Veluti liberi aut fratres. l. vlt. C. Commu. de success.

c Ipsi scilicet parentibus, intelligunt hie l. vlt. C. Commu. de successi. Baro vero Graccam constitutionē deperditam: indicio cuiusdā glosse manuscripta. Ferretus intelligit l. vlt. C. de testa. manumif. d Ecce ipsum ius dicit Praetorum.

e Nimirū ad-

a Vide Anto.
Aug. Emend.
lib. 7. cap. 8. ubi
Theoph. memo-
ria lapsum esse
ait.

b Non extat
rescriptū. Fac.
l. ultim. C. De
manumiss. test.
l. 2. De fideic.
libert.

c Idoneū cau-
re est satisfacto
aut datis pi-
gnoribus cau-
res, ait Ulpian.
l. 4. §. Ad dicit.
De fideicom. li-
bert.

d De solido i-
ta accipi oportet,
inquit ibid.
Ulpian. de sorte
& usuris de-
bitis.

e Legendum,
ita autem si id
est, ita sunt Or-
cini liberti.

f Tui, id est
ex Orcinis fiat
tibi obnoxii. &
à te libertatem
accipiant tanquam fideicommissariam. *Wes. g.* In quo facile as-
sensisse creditur, quum melius sit hac ratione liberum fieri, quam
manere seruum. *Wes.*

Accessit nouus casus successio-
nis ex constitutione diui Marci.
Nam si ij, qui libertatem acce-
perunt à domino in testamento, ex quo
non aditur hereditas, velint bona sibi ad-
dici libertatum conseruandarum causa:
audiuntur. Et ita diui Marci rescripto ad
Pompilium^a Rufum continetur verba res-
cripti^b ita se habent: *si Verginio Valenti,
qui testamēto suo libertatem quibusd. m. adscri-
psit, nemine successore ab intestato existente in
ea causa bona eius esse ceperunt, ut remire de-
beant, is, cuius de ea re notio est, editus, rati-
onem desiderii tui habebit, ut libertatum tan-
earum, que directo, quam earum que per spe-
ciem fideicommissi relictae sunt, tuendarum gra-
tia addicantur tibi: si idonee^c creditoribus cau-
ris de solido^d, quod cuique debetur, soluendo. Et
ii quidem, quibus directa libertas data est,
perinde liberi erunt, ac si hereditas adita esset.
Ii autem, quos heres manumittere rogatus est,
à te libertatem consequentur: ita ut si^e non alia
conditione velis tibi bona addici, quam ut ii e-
tiam, qui directo libertate acceperunt, tui liberi
fiant. Nam huic etiam voluntati tuae, si ii, quorum
de statu agitur, consentiant^f, auctoritatem re-
scripti ad ommodamus. Et ne huius rescriptio-
nis nostre emolumentum alia ratione irritum
fieri.*

fiat: si f
rebus n
cuniar
& ita
qui eam
testame

Hoc
tatibus
ditorib
si fuer
cessat b
functi
solido
hoc res
ties tes
ergo f
lis libe
testato
debebi
decesse
compe
enim e
stendu
to exil
trum e
Si vero
stere: u
is qui
nuerit
abstin
admitt

fiat: si fiscus bona agnoscere voluerit, & ii, qui rebus nostris attendunt, sciant commodo pecuniario preferendam esse libertatis causam: & ita bono cogenda^b, vt libertas iis salua sit, qui eam adipisci potuerunt, ac si hereditas ex testamento adita esset.

Hoc rescripto subuentum est & libertatibus, & defunctis^c, ne bona eorū à creditoribus possideantur & veneant. Certè si fuerint hac de causa bona addicta^d: cessat bonorum venditio. existit enim defuncti defensor, & quidem idoneus, qui solido creditoribus cauet. § Imprimis hoc rescriptum toties locum habet, quoties testamēto libertates datae sunt. [Quid ergo si quis intestatus decedens, codicillis libertates dederit, neque adita sit abintestato hereditas: an fauor constitutionis debebit locum habere? Certè si intestatus decesserit, & codicillis dederit libertatem: competere eam, nemini dubium est. tunc enim constitutioni] locum esse verba ostendunt, cum nemo successor abintestato existat. Ergo quandiu incertum erit, vtrum existat, an non: cessabit constitutio. Si verò certū esse cœperit, neminem existere: tunc erit constitutioni locus. § Si is qui in integrum restitui potest, [abstinuerit hereditate^h: an quauis potest in abstinerit se ab hereditate quam pot. in integ. rest. potest admitti constitu & bo. add. fieri. Quid ergo, & c.

a Fisci procuratores intellige.

b Id est, in fiscum redigēda.

c Ut defuncti fama parcatur.

§. i. Quibus ex cau. ma. nō lic.

i. lib. l. Curator. De curat. sur. l.

d Ant. Aug. lib. 2. Emend.

cap. 3. in fi. Bud. in Annot. ad ti.

De in diem ad dictione.

e De hac re, Cic. pro Quint.

f Hæc inclusit restituit Cu.

Quid ergo si quis int. dec.

cod. lib. ded. neque adi. sit

ab intest. hereditas? fauor cōsti. deb. lo.

habere. Certè si testat. & c.

Deinde legēdū, Tūc cōstitut.

g Ex Vlp. l. 4. in princ. de fideicom. libert.

h Vet. Cod.

integrum restitui, possit admitti constitutio, & bonorum additio fieri? quid ergo] si post additionem libertatum cōseruandarum causa factam, in integrum sit restitutus? Vtique non erit dicendum reuocari libertates: quia semel ^acompetierunt.

a *Quidā cod. quæ semel. l. ergo. D. de fid. lib.*

b *Ampliatio constitutionis. Cessante libertate cessat petitio bonorum.*

* *Quæ accesserunt. D. Marci constitutioni.*

c *Extat l. vlti. C. de testa. manumiss.*

d *Ver. cod. ex ipsa.*

e *Error est in Suet. quum hoc S. C. & id quod*

Macedoniā dicitur Vespasiano tribuit.

Verius enim est utriusq; Claudianū, ut scribit Corn. Tac. li. xi. Annal. I. C.

§ Hæc ^b constitutio libertatum tuendarum causa introducta ^c est. Ergo si libertates nullæ sint data: cessat [hæc ^d] cōstitutio. Quid ergo si viuus dederit libertates, vel mortis causa: & ne de hoc quaeratur, vtrum in fraudem creditorum, an non factum sit, idcirco velint sibi addici bona, audiendi sunt? Et magis est, vt audiri debeat, et si deficiāt verba cōstitutiois. § Sed ^e cum multas diuisiones eiusmodi constitutioni deesse perspeximus: lata est à nobis plenissima cōstitutio ^f, in qua multæ species collatæ sunt, quibus ius huiusmodi successionis plenissimū est effectū, quas ex ipsius ^f lectioe cōstitutionis pot quis cognoscere.

DE SVCCSSIONIBVS
sublati, quæ fiebant per bonorum
venditiones, & ex Senatus-
consulto Claudiano ^f.

TITVLVS XIII.

¶ Bonorum emptio de qua hinc initio agitur, erat proscriptio quam comitabatur in familia.

D
que
ex
nu
pa
mer
dori
nor
mal



rat bo
bitori
rat in
quand
fed cu
ritas v
diciis
raueru
datur
prou
quod
fectiū
confu
uerfit
seruū
per Se
libert
ftris t

philum
rat sit

que in locum scellionis creditorum in partes, quæ ex xij. Tab. introducebatur successit. Tertullianus in Apologetico cap. 3, Iudicatos secari in partes leges erant (inquit:) consensu tamen publico crudelitas crassa est: & in pudoris notam capitis pena conuersa est, bonorum adhibita proscriptione. Suffundere maluit hominis sanguinem quam effundere.

Rant ante prædictam successio-
nem ^a olim & aliæ per vniuersi-
tatem successiones: qualis fue-
rat bonorum ^b emptio, quæ de bonis de-
bitoris vendendis per multas ambages fue-
rat introducta, & tunc locum habebat,
quando iudicia ordinaria in vsu fuerant ^c,
sed cum extraordinariis ^d iudiciis poste-
ritas vsa est: ideo cum ipsis ordinariis iu-
diciis etiam bonorum venditiones expi-
rauerunt, & tantummodò creditoribus
datur officio iudicis bona possidere ^e, &
prout vtile eis visum est, ea disponere.
quod ex latioribus Digestorum libris per-
fectius apparebit ^f: Erat & ex Senatus-
consulto Claudiano ^g miserabilis per vni-
uersitatem acquisitio, cum libera mulier
seruili amore bacchata, ipsam libertatem
per Senatusconsultum amittebat, & cum
libertate substantiam, quod indignum no-
stris temporibus esse existimantes, & à

a Quam insti-
tuit D. Mar-
cius.

b Ant. Aug.
Emend. lib. 2. c.
3. in fin. Bonorū
emptor qua for-
ma constituat-
tur. Theoph. re-
fert. cui & il-
lud adiungi po-
test. quod Cice-
ro scribit lib. 6.
ad Attic.

c Hoc est, cum
vna tantum tē-
pore conuentur
haberentur, de
quibus Theoph.
in §. Eadem.
Quib⁹ ex caus.
manu. lib. 1.

d Id est, quæ
quouis tempore
exercerentur:
sublato illo so-
lemi veterum
formularū ritu.
C. de formul. &
imp. sub. Fac. l.
Actio. De neg.
gest. l. Ordo. De
pub. Ind. §. vlt.
De interd. j.

e Vide Theo-
philum. hñc. f. l. Fulcinus. Quibus ex caus. in pos. eat. g Ex-

rat tit. in C. De S. C. Claud. toll. Ulp. in frag. tit. xi.

a Cuius Instit.
lib. 2 tit. 9.

b id est, prima
& generalissi-
ma: nam omnes
alia sunt secun-
dariae vel spe-
ciales, ut tit. de
iur. pers. §. l. 3.

c De sta ho.
c Ut ex legi-
tima pactione.
l. legitima. De
pact.

d Ut ex cōven-
tionib⁹. Ut em-
ptio, ved. & ca-
teri iurisg. con-
tractus. l. 5. De
inst. & iur. iure
Quiritum con-
firmati. d. l. iu-
risg. De pact.

e id est secūda,
sic Theoph⁹. De
Actio. §. se-
quē vertit du-
rū. Et vet se-
quenda, ut se-
quens, dicebant
per qu.

f Alias, de-
ducitur.
g Arist. lib. 5.
Est hic dividit in
voluntarios, &
non voluntarios.

nostra ciuitate deleri, & non inseri nostris
Digestis concessimus.



DE OBLIGATIONIBVS.

TITVLVS XIII.

¶ Non apte hic tertiam Iuris partem De obli-
gationibus incipere quidam existimant, quod obli-
gatio sit mater actionis: cum ipse Iustin. de-
seruē dixerit se de obligationibus quasi de rebus
incorporalibus tractaturum, §. de vsu & habet.
in si. Durat igitur tractatus de Rebus secun-
da Iuris parte. Con.

Nunc trāseamus ad obligationes.
Obligatio est iuris vinculū, quo
necessitate astringimur alicuius
rei soluendæ secundum nostræ ciuitatis
iura. Omnium autem obligationū summū
diuisio in duo genera deducitur: namque
aut Ciuiles sunt, aut Prætorie. Ciuiles hæc
quæ aut legibus cōstitutæ, aut certo Iure
ciuili comprobata⁴ sunt. Prætorie sunt,
quas Prætor ex sua iurisdictione consti-
tuit, quæ etiam honorariæ vocantur. Se-
quens⁶ diuisio in quatuor species diuidi-
tur⁷. Aut enim ex contractu, aut quasi ex
contractu sunt, aut ex maleficio⁸, aut quasi
ex maleficio. Prius est, ut de iis, quæ ex
cōtractu sunt, dispiciamus. Harum æque
quatuor sunt species. Aut enim re contra-
hantur.

QUI
hundur,
fu. de qu

QUI

¶ Obl
tuo
di


R

ponder
veluti v
merata
meran
in hoc
quonia
iusdem
inde et
ita à m
ex eo
tur cer

§ I
pit ab
gatur
pter re

huntur, aut verbis, aut literis^a, aut consensu. de quibus singulis dispiciamus.

a *Literarū obligacionem omisit Caius l. 1. ff. eod.*
 b *Ex Caso l. 1. de oblig. & act. ad verbū descri ptus est hic locus.*



QVIBVS MODIS RE CON-

trahitur obligatio.

TITVLVS XV.

¶ *Obligacionis re contractæ, quinque subiiciuntur exempla. & primum de Mutuo, & Condictioe ex eo.*

RE contrahitur^b obligatio, veluti mutui datione^c. Mutui autem datio in iis rebus consistit, quæ pondere^d, numero^e mensuræ^f constant, veluti vino, oleo, frumento, pecunia numerata, ære, argēto, auro: quas res aut numerando, aut metiendo, aut adpendendo in hoc damus, vt accipientium fiant. § Et quoniam^g nobis nō eadē res, sed aliæ eiusdem naturæ^h & qualitatis redduntur: inde etiam mutuū appellatum est, quia ita à me tibi datur, vt ex meo tuum fiat: & ex eo contractu nascitur actio, quæ vocatur certi condictio.

¶ *Secunda species, de Indebito.*

§ Is quoqueⁱ, qui non debitum accepit ab eo, qui per errorem^k soluit, re obligatur, datūque agenti contra eum propter repetitionem condictitia actio. Nam q. iij.

c *Re s. tradita. Est aut. 1. species re contractæ obligatiōis. Vid. Duar. 1. Disp. c. 14 Varro lib. 4. De ling. Lat. d. Ut aurum, argentum, & c. e. Ut minuti nummi. f. Veluti, vinū, oleū, frumentū. g. Ant. Aug. Emēd. li. 3. c. 7. legit quādoq; Casus 2. Inst. tit. 9. habet statuto tēpore: hoc est, de quo convenire cōtrahentes. h. Pomp. l. 3. Si cer. per. habet eiusdem generis & bonitatis. i. Est 2. species, de indebito. k. Ulp. l. 1. De cond. ind. habet ignuans.*

a Cui scilicet
soluitur.

b Al. pare-
tic Cic. est autē
vetus cōdicendi
formula nā ve-
teres verbis sim-
plicibus magis
utiebantur, ut
tributoria actio,
pro distributo-
ria.

c Nisi locuple-
rior factus l. In
pupillo. De so-
lutio.

exhibere debet emptori: quia sane qui nondum rem emptori tradidit, adhuc ipse dominus est. Idem etiam est de furti, & de damni iniuriæ b actione. § Emptio tam sub conditione, quàm purè contrahi potest. Sub conditione: veluti, Si Stichus intra certum diem tibi placuerit, erit tibi emptus aureis tot. § Loca sacra vel religiosa, item publica (veluti forum, basilicam) frustra quis sciens emit: quæ tamen si profanis vel priuatis deceptus à venditore quis emerit: habebit actionem c ex empto, quod non habere ei liceat, vt consequatur, quod sua interest eum deceptum non esse. Idem iuris est, si hominem liberum pro seruo emerit.

d *Locare proprie est in loco ponere: inde locarium veteres dicebant mercedem quæ pro stabulo vel taberna datur. vbi quis consistit, Varr de ling. Lat. lib. 4. Sic Galli vocant, locagium quod p domo in qua quis locat^r est, penditur. A C.*

DE LOCATIONE ET conductione.

TITULUS XXV.

¶ *Tertia species, consensu obligatiuum. ¶ Locare est dare aliquid vtendum vel faciendum: Conducere est accipere aliquid vtendum vel accipiendum.*

Locatio d & conductione proxima est emptioni & venditioni, iisdem que iuris regulis consistit. Nam vt emptio & venditio ita contrahitur, si de pretio

de pretio conuenerit: sic & locatio & con-
ductio ita contrahi intelligitur, si merces^a
cōstitutata sit. & competit locatori quidem
locati actio, conductori uero conducti. Et
quæ supra diximus, si alieno arbitrio pre-
tium permissum fuerit: eadem & de loca-
tione & conductione dicta esse intelli-
mus, si alieno arbitrio merces permissa
fuerit. Qua de causa si fulloni^b polienda
curandave, aut sarcinatori sarcinenda vesti-
menta quis dederit, nulla statim merce-
de constituta, sed postea tantum daturus,
quantum inter eos conuenerit, non pro-
priè locatio & conductio contrahi intel-
ligitur, sed eo nomine actio præscriptis^c
uerbis datur. Præterea sic ut uulgò quæ-
rebatur^d, an permutatis rebus emptio &
uenditio contraheretur: ita quæri solebat,
de locatione & conductione, si fortè rem
aliquam utendam siue fruendam tibi ali-
quis dederit, & inuicem à te utendam siue
fruendam aliam rem acceperit. Et placuit^e
non esse locationem & conductionem,
sed proprium genus contractus. ueluti si
cum vnum bouem quis haberet, & vici-
nus eius vnum, placuerit inter eos, ut per
denos dies inuicem boues commodarent,
ut opus facerent, & apud alterum alte-
rius bos perierit: neque locati, neque con-
ducti, neque commodati competit actio:
quia non fuit commodatum gratuitum,

l.j.

^a In emptione
pretium: in lo-
catione merces
quæ à mercede
dicitur. Varro.

^b Eius est, poli-
re, curare, siue,
ut Ulp. dixit in
l. 2. De cond. si-
no caus. lana-
re. Politor. xia-
phic: curator,
λδοκωντις, si-
ue πλῆτος, di-
citur à Theoph.
in §. vlt. mād.

^c l. C. Harmen.
hic. lib. 3. tit. 8.
Ant. Aug. E-
mend. libr. 4.
cap. 9. l. Si po-
liēda. De præsc.
verb. ubi hæc om-
nia explican-
tur.

^d Deficiente a-
ctionis propria
nomine præscri-
ptis verb. agi-
tur. l. Nū eum.

^e De præsc. verb.
d Id est passim
dubitabatur.

^e Ex Ulp. l. Si
gratuitam. 17.
§. Si cum. De
præsc. verb.

fuerit, hoc ita obtinere, ac si naturalis * esset contractus, si autem nihil de periculo rei fuerit pactum: tunc si quidem totius rei interitus accesserit, ad dominum super hoc redū dare periculum. si autem particularis^b, ad emphyteuticarium huiusmodi damnum venire. quo iure utimur.

§ Item^c quæritur si cum aurifice Titius conuenerit, ut is ex auro suo certi ponderis certæque formæ annulos ei faceret, & acciperet (verbi gratia) decem aureos: utrum emptio & venditio, an locatio & conductio contrahi videatur? Cassius ait materiam quidem emptionem & venditionem cōtrahi, operæ autem locationem & conductionem. Sed placuit tantum emptionem & venditionem contrahi. Quod si suum aurum Titius dederit, mercede pro opera constituta: dubium non est, quin locatio & conductio sit.

¶ De vi locationis & conductionis.

§ Conductor^d [autem] omnia secundum legem^e conductionis facere debet: & si quid in lege prætermisissum fuerit, id ex bono & æquo^f præstare. Qui pro vsu aut vestimentorum, aut argenti, aut iumenti mercedem aut dedit, aut promisit: ab eo custodia talis desideratur,

f Est enim cōtractus bona fidei, in quo multa qua non dicta, nec forte cogitata sūt, signari æquū est, veluti ut cōductor, q̄ in mercede solūdo moram fecerit, usuras de quibus nihil dictū est, soluat. l. 2. §. 17. C. de.

a Ferret. legit natura talis, ut in l. Si cōstan ti. 24. §. Si maritus. Sol. matr. De naturali cō trac. vid. Dna. 1. Disp. cap. 170.

b Id est partis interitus non totius. Zeno. d. l. 1. habet particulare damnum. Fac. l. Si merces. §. Vis maior. l. Ex conducto. §. 1. ff. Loc. Colu. l. 1. De re rust.

c Ex Cajo. d. l. 2 §. 1. ff.

d Ex Paul. l. Si in lege. §. Conductor. hoc titu. Fac. l. Legem. C. eod.

e Id est, cōventionem & pactionem, l. 1. §. ff. cōueniat. ff. de pos. Formam vocat Ulp. l. 7. §. item si. ff. Solu. matrim.

a Hoc exigendum est pro subiecti contractus natura. l. contractus 24. ff. de reg. iur.

b Fac. l. Viam 10. C. cod. l. sed addes. 19 §. pe. ff. cod.

qualem diligentissimus^a paterfamilias suis rebus adhibet. quam si præstiterit, & aliquo casu fortuito eam rem amiserit: de restituenda ea non tenebitur. Mortuo conductore intra tempora conductionis: heredes^b eius eodem iure in conductione succedat.

DE SOCIETATE.

TITULUS XXVI.

c Consensu qui potest, vel re, vel verbo, vel literis per nunciu declarari. l. 4. ff. cod. ff.

d Ex l. 5. ff. eo.

e Theophr. habet, κοινωπαξια. vid. Harmeno. li. 3. ti. 10.

f Hæc est quæ uanalitaria negotiatio dicitur. l. C.

g Arist. 3. Politic. cap. 6.

h Vel etiam aliter definitio relicta qui eas expresserit. l. Si coitu ff. eodem. Myos.

¶ Tertia species, consensu obligationum.

Societatem coire^c solemus aut totorum bonorum^d, quam Græci specialiter κοινωπια^e appellant: aut unius alicuius negotiationis, veluti mancipiorum uendendorum^f emendorumque, aut olei, aut vini, aut frumenti emendi uendendique. Et quidem si nihil de partibus lucri & damni nominatim conuenerit: quales^g scilicet partes & in lucro & in damno spectantur. Quod si expressæ^h fuerint partes hæc seruari debent. Nec enim uquam dubium fuit, quin ualeat conuentio, si duo inter se pacti sint, ut ad unum eisdem duæ partes & lucri & damni pertineant, ad alium tertia. § De illa sane conuentione quaesitum est, si Titius & Seius inter se pacti sint, ut ad Titium lucri duæ partes pertineant, damni tertia: ad Seium

duæ
beat
cont
nem
tam
ius
sape
socio
liore
possi
cum
men
sape
ade
tinu
con
dan
uiu
Qu
alia
con
est
pe
ex
da
qu
ter

ne
con

amilias fuit
erit, & alie
erit: de re
ortuo con
tionis: he
e succedit

...

E.

r.

tionum.

nis aut to
am Græci
pellant: aut
eluti man
orūque
emendi vē
de parob
uenerit: x
ro & in dā
æ^b fuerint
c enim vā
cōueniō
vnum qui
amni per
a sane con
us & Sciu
n lucri dū
ad ad Seiu
dū

duæ partes damni, lucri tertia: an rata debeat haberi conuentio? Quintus Mutius contra naturam societatis talem pactio nem esse existimauit, & ob id non esse ratam habendam. § Seruius Sulpitius^a (cuius sententia præualuit) contra sensit quia sæpe quorundam ita pretiosa est opera in societate, vt eos iustū sit conditione meliore in societate admitti. Nam & ita coiri posse societate nō dubitatur^b, vt alter pecuniam conferat, alter non conferat, & tamen lucrum inter eos commune sit: quia sæpe opera alicuius pro pecunia^c valet. Et adeo contra Quinti Mutij sententiā obtinuit, vt illud quoque constiterit posse conuenire, Vt quis lucri partem ferat, de damno non teneatur. quod & ipsum Seruius conuenienter sibi fieri^d existimauit. Quo^d tamen ita intelligi oportet, vt si in alia re lucrum, in alia damnum illatum sit: compensatione facta, solum, quod superest, intelligatur lucro esse^e. § Illud expeditum est, si in vna causa pars fuerit expressa (veluti in solo lucro, vel in solo damno) in altera verò omissa: in eo quoque, quod prætermissum est, eandem partem seruari.

¶ Renunciatio soluitur societas.

§ Manet autem societas eo vsque, donec
net que superius dicta sunt è Seruij sententia contra Mutium, vt
constat ex l. Mutius. ff. eod. § Ver. cod. lucri esse.

f.iii.

a In notis ad
Q. Mutium. l.
Mutius ff. eod.
vnde hic locus
descriptus est.

b Fuc. l. i. C. e.

c Celsus ait in

l. Cum duob. r.

Si in cocunda.

ff. Pro soc pre

rium opera ar

tes est vela

mentum: ibi

Cuius. vela

mentum præpos

terarum ordi

ne pro leu. emē

tum scriptum,

restituit.

d Ver. cod. cō

uenienter sibi

existimauit.

quod Græco

more dictū est,

vt in l. vlti. §.

vlt. De bo. dam.

l. in ratione. § si

filio. ff. Ad leg.

Fal. Cic. conue

nienter nature

vinere quousuc

etū tō. x. x. v.

hoc è al. tō.

e Hic versus ad

ea omnia perti

a Quo & con-
trahitur & di-
strahitur. l. 46.
ff. eod.

b Id est, nō cal-
lida mente re-
nūciādo sit au-
cupat^o, Theop.
Quid sit capta
re hereditatem,
vid. l. captato-
rias. C. De test.
mil. l. Captato-
ria. Et l. Captato-
rias 70. De her.
inst. Al. 2. ¶ ap.
c 30. Ant. Au.
Emend. lib 4 c.
15. Mart. li. 6.
in Appianum.
c Ex Paul. l.
Actiōne 65. §.
Morte. hoc tit.

d Veluti ad mā-
cipiorū, aut fru-
menti negotia-
tionem, vr s.
e Hic locus ex
d. l. Actiōne. §.
Publicatione.
hoc tit.

f) Si enim pars
tantum bono-
rum publicata
sit, manet socie-
tas Theoph.

g Fiscum in-
tellige.

in eodem consensu^o perseuerauerint. At
cū aliquis renuntiauerit societati, solui-
tur societas. Sed planē si quis callidē in
hoc renuntiauerit societati, vt obueniens
aliquod lucrū solus habeat: veluti si toto-
rum bonorum socius cū ab aliquo heres
esset relictus, in hoc renuntiauerit socie-
tati, vt hereditatem solus lucrifaceret: co-
gitur hoc lucrum communicare. Si quid
verō aliud lucrifaciat, quod non captaue-
rit^o: ad ipsum solum pertinet. Ei verō, cui
renūciatum est, quicquid omnino post re-
nūciatam societatem acquiritur, soli con-
ceditur. § Soluitur^o adhuc societas etiam
morte socij: quia qui societatem cōtrahit,
certam personam sibi eligit, sed & si con-
sensu plurium societas contracta sit: mor-
te vnus socij soluitur, et si plures super-
sint: nisi in cocunda societate aliter con-
uenerit. § Item si alicuius rei^o contracta
societas sit, & finis negotio impositus est:
finitur societas. § Publicatione^o quoque
distrahi societatem, manifestum est: scili-
cet si vniuersa^o bona socij publicētur, nam
cū in eius locū alius^o succedat, pro mor-
tuo habetur. Item si quis ex sociis mole
debiti prægauatus, bonis suis cesserit, &
ideō propter publica aut priuata debita
substātia eius veneat: soluitur societas. sed
hoc casu, si adhuc consentiant in socie-
tatem, noua videtur incipere societas.

De

¶ De est
neat

§ So-
tūm to-
dolo co-
se passu-
diæ atq-
est-præ-
teeri c-
simam
enim ta-
bus ad
adhibe-
socium
hoc im-



siue a
tua de
māda
& ob
ti int
tis ta
velut

¶ De effectu societatis: & ad quid socius socio teneatur.

§ Socius socio utrū eo nomine tantū teneatur pro socio actione, si quid dolo commiserit, sicut is qui deponi apud se passus est, an etiam culpæ, id est, deficiæ atque negligentia nomine questum est: præualuit tamen etiam culpæ nomine teneri eum. Culpæ autem non ad exactissimam diligentiam dirigenda est. Sufficit enim talem diligentiam communibus rebus adhibere socium, qualem suis rebus adhibere solet. Nam qui parum diligētem socium sibi adsumit: de se querit, sibi que hoc imputare debet.



DE MANDATO d.

TITVLVS XXVII.

¶ Quarta species, consensu obligationum.

Mandatum contrahitur quinque modis, siue sua tantū gratia aliquis tibi mandet, siue sua & tua, siue aliena tantū, siue sua & aliena, siue tua & aliena. At si tua tantū gratia tibi mādatum sit, superuacū est mandatum, & ob id nulla ex eo obligatio, nec mandati inter vos actio nascitur. § Mandantis tantū gratia interuenit mandatum: veluti si quis tibi mandet, vt negotia

f.iiij.

a Nota definitionem culpæ, de qua Bart. in l. quod Nerua. ff. Depos. quam negligentia ratione habet causse: culpa, effectus. W. b. Ex Vlp. d. l. Cum duobus, 52. §. v. & Caiol. socius. 72. ff. de Scribendis vs in vet. de se queri, hoc est sibi imputare debet.

d Quidā vet. cod. De mandatis.

e Ex Caiol. 2. eo. Caius 2. Inst. tit. 9. Cicer. pro

Rosc. in priuatis, inquit, &c.

f Sexta species addi potest, quādo mea, tua, &

aliena cuius exemplū in l. Si

percuratorem. §. tutoris. ff. cod.

g Quia potius est consilium, vt

j. dicit.

a *Caius habet fideiubereres. spondere pro fideiubere usurparunt Veteres.*
 b *Hæc duo exempla inclusa, extra Caium assumpsit Tribonianus.*
 c *Sicut olim fideiussor ante principalem conueniri poterat, l. 3. & 5. C. de fideiuss.*
 d *Vocem tantum nec Caius habet, nec germana lectio agnoscit.*
 e *Vet. quod si sine usuris crederes. leg. tamē Cuiac. quod si vi sine, vt in l. 2. D. eod. & in Græco ei idē iuxta uocis.*
 f *Consilij non fraudulenti nulla est obligatio. l. Consilij. De reg. iur. Fac l. 6. §. Planè eod.*
 g *Quidam Vet. cui datur: & sic est in l. 2. D. eod. l. C.*

eius gereres, vel ut fundū ei emerēs, vel ut pro eo spōderēs^a. Tua gratia & mandantis: ueluti si mandet tibi, ut pecuniam sub usuris crederēs ei, qui in rē ipsius mutaretur: [aut si uolente te^b agere cum eo ex fideiussoria^c causa, mādet tibi, ut cum eo agas periculo mādantis: uel ut ipsius periculo stipuleris ab eo, quem tibi deleget in id, quod tibi debuerat.] § Aliena autem [tantum^d] causa interuenit mandatum: ueluti si tibi aliquis mādet, ut Titij negotia gereres, uel ut Titio fundū emerēs, uel ut pro Titio spōderēs. Sæa & aliena: ueluti si de cōmunibus suis & Titij negotiis gerendis tibi mādet, uel ut sibi & Titio fundum emerēs, uel ut pro eo & Titio sponderēs. Tua & aliena: ueluti si tibi mandet, ut Titio sub usuris crederēs: quia si sine usuris pecuniam crederēs^e, aliena tantum gratia intercedit mandatum. § Tua tantum gratia interuenit mādatum: ueluti si tibi mādet, ut pecunias tuas in emptiones potius prædiorū colloces, quàm fœnerēs: uel ex diuerso, ut pecunias tuas fœnerēs potius, quàm in emptiones prædiorū colloces. Cuius generis mandatum, magis consilium, quàm mandatum est, & ob id non est obligatorium: quia nemo ex consilio^f mandati obligatur, etiam si non expediat ei, cui mandabatur^g: cū liberum

cuique

cuique f
 diat cōfi
 domi te
 ut rem
 quauis
 credidit
 tur. Et
 an man
 pecunia
 Sabini f
 casu m
 credi. li
 illud q
 toriū, q
 si Titiu
 aut de i
 enim p
 teris, n
 tium ad

¶ De

§ Is

bet exc
 usque a
 ut fund
 res, ne
 amplio
 non ha
 adeo q
 rit, eti
 eo age

cuique sit apud se explorare, an sibi expediat cōsiliū. Itaq; si otiosam * pecuniam domi te habētem hortatus fuerit aliquis, vt rem aliquam emerēs, velleam crederes: quanuis non expediat eam tibi emisse, vel credidisse^b, non tamen tibi mandati teneatur. Et adeo hęc ita sunt, vt quæsitum sit, an mandati teneatur, qui mandauit tibi, vt pecuniam Titio fœnerares. sed obtinuit Sabini sentētia, obligatorium esse^c in hoc casu mandatum: quia non aliter Titio^d credidisses, quam si tibi mandatum esset. Illud quoque mandatum non est obligatorium, quod contra bonos mores est: veluti si Titius de furto, aut de damno faciendo, aut de iniuria faciēda mandet tibi. licet enim pœnam istius facti nomine præstiteris, non tamen vllam habes aduersus Titium actionem.

¶ De executione mandati, & actione ex eo nascente

§ Is qui exequitur mandatum, non debet excedere fines^e mādati. vt ecce, si quis vsque ad centum aureos mandauerit tibi vt fundū emerēs, vel vt pro Titio sponderēs, neque pluris emerere debes, neque in ampliorem pecuniam fideiubere. alioqui non habebis cum eo mandati actionem: adeo quidem, vt Sabino & Cassio placuerit, etiam si vsque ad centum aureos cum eo agere volueris: inutiliter^f te acturum.

a Otiosa pecunia iurorū iuris ea dicitur quæ nulli domino suo vsui est, cui opponitur Occupata.

b Cum is soluendo nō sit, cui credidisti.

c Ad similitudinem quantandam fideiussionis: perinde est enim ac si pro Titio fideiuberem.

d Certam enim personam elegi, cui suasisse meo crederes: idque ad quādam similitudinem fideiussionis obligator. Theophil. Fac. l. R. remunerādis. §. Plane. l. h. c.

e l. Diligenter. eod. Gell. lib. 1. cap. 11. Cic. 7. Epist. lib. 2. Epistol.

f Vel. Velis, inutiliter te acturum. Diuerſe, &c.

a *Nerva & Proculus, scilicet. l. Sed Proculus. ff. cod.*

b *Major enim summa minorem in se continet. Theoph.*

c *l. Si verò. §. Si mandauero. ff. cod.*

d *Quæ profectò nemini fraudi esse debet. l. Inter. ff. cod.*

e *Paulo scilicet. l. Dispensatori, & Ulpiano. l. Si quis seruo. ff. De solut.*

f *Dispensator seruus est, q̄ factori domini pecuniã dare cõsuevit. Theoph. l. Dispensatori. De solut.*

g *Aequitate. sc. naturali.*

h *Stricta iurivrationi. i. stricto iuri aduersam facit utilitatẽ.*

ex quo apparet utilitatis nomen, *Iuris cons. Aequitatem & Ius gentium significare, ex qua etiam utiles actiones nomen accepere, l. quia actionum. De prescr. verb. l. seruitutes. §. si sublatum. de seruit. urb. l. si longius, in fi. De Iud. l. c. i. l. 27. §. Qui suscipit. l. 22. §. ult. cod. mùm,*

§ Sed diuersæ scholæ Authores rectè vsque ad centum aureos te acturum existimant, quæ sententia sanè benignior est. Quòd si minoris emeris, habebis scilicet cum eo mandati actionem: quoniam qui mandat, vt sibi centum aureorum fundus emeretur, is vtique mandasse intelligitur, vt minoris (si possit) emeretur ^b.

¶ *De reuocando mandato dissolueno.*

§ Rectè quoque mandatū contractum, si dum adhuc integra res sit, reuocatum fuerit, euanescit. Item si adhuc integro mandato, mors alterutrius interueniat, id est, vel eius, qui mandauerit, vel illius, qui mandatum susceperit: soluitur mandatum. Sed utilitatis causa receptum est, si eo mortuo qui tibi mandauerat, tu ignorans eum decessisse, executus fueris mandatum: posse te agere mandati actione. alioqui iusta & probabilis ignorantia tibi dānum adferet.

§ Et huic simile est, quod placuit, si debitores manumisso dispensatore Titij, per ignorantiam liberto soluerint, liberari eos: cum alioqui stricta iuris ratione non possent liberari, quia alij soluissent quàm cui soluere debuerint. § Mandatum non suscipere, cuiuslibet liberum est: susceptum autem consummandum est, aut quàm pri-

DE
mùm
aut per
quatur
gra car
rem ex
locum
rit, aut
renun
differe

§ In
gratui
cader
locati
ter die
suscep
contra
uenie
intell
polier
ment
merco
dati c



D

mum renūciandum^a, vt per ſemetipſum, aut per alium eandem rem mandator exequatur. Nam niſi ita renunciatur, vt integra cauſa mandatori referuetur eandem rem explicādi: nihilominus mādati actio locum habet: niſi iuſta cauſa^b interceſſerit, aut non renunciandi, aut intempeſtiue renunciandi. § Mandatum^c & in diem^d differri, & ſub conditione^e fieri poteſt.

¶ Quæ ſit propria forma mandati.

§ In ſumma ſciendum eſt, mādatum, niſi gratuitum ſit, in aliam formam^f negotij cadere. Nam mercede conſtituta, incipit locatio & conductio eſſe. Et (vt generaliter dicamus) quibus caſibus ſine mercede ſuſcepto officio, mandati ſiue depoſiti contrahitur negotium: ijs caſibus interueniente mercede locatio & conductio intelligitur^g contrahi. Et ideo ſi ſulloni polienda curandæue quis dederit veſtimenta, aut ſarcinatori ſarcienda, nulla mercede conſtituta, neque promiſſa: mandati competit actio.



DE OBLIGATIONIBVS,

quæ quaſi ex contractuⁱ
nascuntur.

TITVLVS XXVIII.

a *Atque* quæſor
mandatoru in-
terſit: hoc. n. ca-
ſu renūciare po-
teſt. Paul. lib.
Sent. 2. tit. 15.
b l. Sanè 23. cū
l. ſeq. ff. cod.
c l. 1. §. Man-
datum. cod.
d Veluti, Mā-
do tibi, vt poſt
biēnium hoc a-
gas.

e Accedere
mādato dies &
cōditio poteſt. l.
1. §. 1. ff. cod.
f id eſt, in aliā
ſpeciem cōtra-
ctus W.

g l. ſi tibi, 22.
De præſcr. ver.
h Et i qui dedit:
alteri verò qui
curauit, nulla
mandati actio
mercedis nomi-
ne datur: ſed
præſcriptis ver-
bis agi poterit
d. l. 22. W. ff.

i Harum obli-
gationum ſex
ſpecies exponū-
tur hoc titulo.

a Nam ex vero
contractu nemo
obligatur nisi
qui consensit: l.
1. De pact. hic
autem obligan-
tur ignorantes.
Mysf.

b Ex Caio. l. 4.
§. 1. De obl. &
act. Fac. l. 2. &
S. Si quis. De
neg. gest.

c Directa, id
est, principalis.
l. in comodato.
§. 1. ff. commod.

d Contraria.
i. que principa-
lis non est: non ut
alteri repugnans
aut aduersa, si-
cut nigro albū,
(in quo pleriq;
interpretes er-
rant) sed quasi
mutua & vica-
ria que ad ex-
plū directæ act.
datur. vt Jao. §.
tutores. Sicut &
verbiū contra
interdū signifi-
cat vicissim. Terz.
in Adelp. Ille
ut item contra
me habeat facio
sc. lulo. A. C.

Post genera contractuum enume-
rata dispiciamus etiam de iis ob-
ligationibus, quæ quidē non pro-
priè nasci ex contractu intelligentur: sed
tamen quia non ex maleficio substantiam
capiunt, quasi ex contractu nasci vidētur.

¶ Prima species ex negotiorum gestione.

§ Igitur^b cum quis negotia absentis ges-
serit: vltro citroque inter eos nascuntur a-
ctiones, quæ appellantur negotiorum ges-
storum. sed domino quidem rei gesta ad-
uersus eum, qui gessit, directæ^c competit a-
ctio: negotiorū autem gestorū, contraria^d,
quas ex nullo contractu propriè nasci ma-
nifestum est: quippe ita nascuntur itæ a-
ctiones, si sine mandato quisque alienis ne-
gotiis gerendis se obtulerit: ex qua causa
ij, quorum negotia gesta fuerint, etiam ig-
norantes obligantur. Idque utilitatis caus-
sa receptum est: ne absentium, qui subita
festinatione coacti, nulli demandata nego-
tiorum suorum administratione, peregrè
profecti essent, desererentur negotia: quæ
sanè nemo curaturus esset, si de eo, quod
quis impendisset, nullam habiturus esset
actionem. § Sicut autem is, qui utiliter
gessit negotia, [dominium habet obligatū
negotiorum gestorū:] ita & contrā, iste
quoque tenetur, vt administratiōis reddat
rationem. quo casu ad exactissimam quil-
que diligentiam compellitur reddere ra-
tionem

DE C
tionem
libere
modò
mini

§ T
nentu
ti esse
inter
sed qu
quasi
autem

§ N
re ha
tor c
si vel
pro c
ditor
aliqu
luti
& al
mur
ex e
sold
ceri
obli
trax
tura
§
mil
lig

tionem: nec sufficit talem diligentiam adhibere, qualem suis rebus adhibere solet: si modò alius diligentior eo commodius administraturus esset negotia.

¶ 11. *species ex tutela munere.*

§ Tutores quoque, qui tutelæ iudicio tenentur^b, non propriè ex contractu obligati esse intelliguntur (nullū enim negotium inter tutorem, & pupillum contrahitur^c) sed quia sanè non ex maleficio tenentur, quasi ex contractu teneri videntur. Hoc autem casu mutuae sunt actiones.

§ Non tantùm enim pupillus cum tutore habet tutelæ actionem, sed & cōtra, tutor cum pupillo habet contrariam tutelæ si vel impenderit aliquid in rem pupilli, vel pro eo fuerit obligatus^d, aut re suam creditoribus eius obligauerit. § 3 Itē, si inter aliquos cōmunis res sit sine societate^e: veluti quòd pariter eis legata, donatave esset, & alter eorum alteri ideo teneatur cōmuni diuidūdo iudicio, quòd solus fructus ex ea re perceperit: aut quòd socius eius solus in eam rem necessarias impensas fecerit, nō intelligitur ex contractu propriè obligatus esse, quippe nihil inter se contraxerunt: sed quia ex maleficio non tenentur: quasi ex contractu teneri videtur.

§ 4 Idē iuris est de eo, qui coheredi & familiæ eriscūdæ iudicio ex his causis obligatus est. § Heres quoque legatorū no-

a Ex dicta l.

4. § Tutelæ.

b Post pubertatem sc. nullus est enim huic iudicio locus, nisi finita prius tutela.

c Maximè cū infans pupillus est.

d Paul. in l. ult. De contrah. tut. & vi. aff.

e Id est sine animo & conditione incunda societatis.

f Hoc exemplum ex Cajo mutuatus est Iustina. l. 2. C. Cōm. diuid.

g Ut coheredi suo finis re gundorum non est in personam, nisi ex maleficio. Cōmuni diuidendo & familia eriscūda sunt in persona, quasi ex contractu. Petitiō hereditarij, quæ etiam mista est actiō est quasi ex contractu.

*V. species.

- a §. 2. Quibus
mo. re contrah.
obl.
- b Fac. l. Ea
qua. C. de con-
dit. ind. vide
Pan. li. 1. S. 8.
tit. 18.
- c Ut si quis
scripturam, qua
quid queritur,
vel numerationem
inscietur.
l. Contra quis pro-
prium. C. De no-
numer. pec. vid.
Theopb.
- d Adde & cer-
tium exemplum
in deposito ob
ruinam, incen-
dium, naufraga-
gium.
- e Legata per
demonstrationem,
veluti, damno
te heres illi da-
re centum.
- f Extat in l.
2. C. Commu. de
leg.
- g Scilicet pri-
uilegiū ut insci-
ciādo cresceret.
A. C.

mine non propriè* ex cōtractu obligatus intelligitur (neque enim cū herede, neque cū defuncto vllū negotium legatarius gefisse propriè dici potest) & tamen quia ex maleficio non est obligatus, quasi ex cōtractu debere intelligitur. § 6 Itē is cui quis p errorē non debitum soluit, quasi ex cōtractu debere videtur. Adeo enim non intelligitur propriè ex cōtractu obligatus esse, vt si certiorē rationem sequamur: magis (vt suprā diximus*) ex distractu, quā ex cōtractu possit dici obligatus esse.

§ Nā qui soluendi animo pecuniam dat, in hoc dare videtur, vt distrahat potiūs negotium, quā contrahat. Sed tamen perinde is qui accepit, obligatur, ac si mutuū ei daretur, & ideo condictione tenetur.

§ Ex quibusdā tamen causis repeti non potest, quod per errorem non debitum solutum sit. sic nāque definierūt veteres^b, ex quibus causis insciando^c lis crescit, ex iis causis non debitū solutū, repeti non posse: veluti ex lege Aquilia, item ex legato^d. Quod Veteres quidem in iis legatis locū habere voluerūt, quæ certa constituta, per dānationem^e cuique legata fuerant: nostra autē constitutio^f cum vnā naturā omnibus legatis & fideicōmissis indulset, huiusmodi augmentū in omnib. legatis & fideicōmissis extendi voluit: sed non omnibus legata riis hoc^g præbuit, sed tantūmodo in iis legatis

PE
gatis &
Ecclesi
quæ re
rantur
uantur

PE

PE

sumu
meti
in no
& fili
nostr
fiat^a
testa
quili
reru
nostr
ctio
fruct
aute
nem

gatis & fideicommissis, quæ sacrosanctis Ecclesiis, & cæteris venerabilibus locis, quæ religionis, vel pietatis intuitu honorantur^a, relicta sunt: quæ si indebita solvantur, non repetuntur^b.

a In vet. manuscr. legitur, honorificatur: notat Cuiacius.


b Neg. datur indebitis conditio: quoniam cessante debiti causa, adhuc tamen pietatis causa superest. Vide Mysf.

c Scilicet, illas obligationes, quæ per consequens actiones.

d Vet. quod per seruos quidem nobis.

e Sic videlicet ut nihil immi- nuere possit, vel is qui nobis per seruum acquiritur: l. Nec seruus. De pec. vel seruis ipse, cum nihil sibi possit possidere, nisi si- te aliquid pecu- lû domino per- mittente.

f l. Cum oportet. C. De bon. qua lib.



PER QVAS PERSONAS

nobis obligatio acquiritur.

TITVLVS XXIX.

¶ s. in tit. Per quas pers. nob. acq. generaliter de acquisitione rerum. hîc specialiter de acquisitione obligationum, sine actionum agitur.

EXpositis generibus obligationum, quæ ex cõtractu, vel quasi ex contractu nascuntur: admonendi sumus, acquiri nobis^c non solum per nosmetiplos, sed per eas quoq; personas, quæ in nostra potestate sunt, veluti per seruos, & filios nostros: ut tamẽ, quod per seruos^d nostros nobis acquiritur, totum nostrum fiat: quod autem per liberos, quos in potestate habemus, ex obligatione fuerit acquisitum, hoc diuidatur secundum imaginem rerum proprietatis, & vsusfructus, quam nostra decreuit cõstitutio^e: ut quod ab actione cõmodum perueniat, huius vsusfructum quidem habeat pater, proprietatem autem filio seruetur, scilicet patre actionem mouente: secundum Nouellæ nostræ

a *l. ult. C. De bo. qua lib. qua ideo Nouella dicitur, q̄ post priorem Codicem lata sit.*

b Diuisionem vocat distinctionem qua talis est, ut si pater vsus fr. in adiutiu filij amplectatur, pater exerceat q̄dē actiones, sed filius consentiente. Si autem negligat illum vsus fr. & nolit amplecti, tunc filius agat cōsen supatru A.C.

c Hinc locum ē. explicuit Instin. §. De his autem. tit. Per quas pers.

d Vel vsus fr. has voces veteres si Codices non agnoscunt. Acc. Vide Theophi.

e Id est, pro rata domini parte. l. 5. & 7. De stipul. seruo. f *l. ult. C. per quas pers.* g In §. Seruus communis. 5. De stipul. seruo. * *Causa lib. 1. Inst. tit. 10.*

constitutionis^a diuisionem^b. § Item per liberos^c homines & alienos seruos, quos bona fide possidemus, acquiritur nobis: sed tantum ex duabus causis, id est, si quid ex operis suis, vel ex re nostra acquirant. Per eum quoque seruum, in quo vsus fructum, [vel vsus^d] habemus, similiter ex duabus istis causis nobis acquiritur.

§ Communem seruum pro dominica^e parte dominis acquirere certum est: excepto eo quod nominatim vni stipulando aut per traditionem accipiendo, illi soli acquiritur: veluti cum ita stipulatur, *Titio domino meo dare spondes?* Sed si domini vnus iussu seruus fuerit stipulatus, licet antea dubitabatur: tamen post nostram decisionem res expedita est, ut illi tantum acquirat, qui hoc ei facere iussit, ut supra dictum est.



QVIBVS MODIS TOLLITUR obligatio*.

TITVLVS XXX.

¶ Quatuor modi tollendae obligat. I. Solutione quae naturalis dicitur.

f *l. ult. C. per quas pers.* g In §. Seruus communis. 5. De stipul. seruo. * *Causa lib. 1. Inst. tit. 10.*

Tollitur

QV
re, al
quis sol
pro eo.
ficiente
eo solu
tiam ij
tur. Id
iussor
tur, sed

¶ I
§ Itē
ligatio
ria solu
ligatio
remitt
verba
nisi, ha
Habeo
fieri: d
let exi
Quo
uunt
stunt,

¶ I

¶ I
§ Itē
ligatio
ria solu
ligatio
remitt
verba
nisi, ha
Habeo
fieri: d
let exi
Quo
uunt
stunt,

¶ I
h H
i Id
vt mu

Tollitur^a autem omnis obligatio solutione^b eius, quod debetur: vel si quis, consentiente creditore, aliud^c pro alio soluerit. Nec interest, quis soluat: vtrum ipse qui debet, an alius pro eo. liberatur enim & alio solvente: siue sciente, siue ignorate debitore, vel inuito^d eo solutio fiat. § Item si reus soluerit: etiam ij, qui pro eo interuenerunt^e, liberantur. Idem ex contrario contingit, si fideiussor soluerit. non enim ipse solus liberatur, sed etiam reus.

¶ *l. i. modus per acceptilationem, qui civilis est: l. actus, 78. ff. De reg. iur.*

§ Item per acceptilationem tollitur obligatio^f. Est autem acceptilatio, imaginaria solutio. Quod enim ex verborum obligatione Titio debetur, id si velit Titius remittere, poterit sic fieri, vt patiat^{ur} hæc verba debitorem dicere: *Quod ego tibi promisi, habesne acceptum?* & Titius respōdeat, *Habeo.* Sed & Græcè^g potest acceptilatio fieri: dūmodo sic fiat, vt Latinis verbis sollet exigib^h, ἔχει λαβὴν δὲ ἠάρεα πῶσα; ἰχὼ λαβὴν ἴ.

Quo genere (vt diximus) tantum ex soluntur obligationes, quæ ex verbis consistunt, non etiam cæteræ^k. Consentaneum

rarum, & pœna. l. 43. De solut. g Vide l. Græcè ff. de accept. l. h Hoc verbum non agnoscit Throph. & Cuiac. demendum censet. i Id est, tot denarios acceptos habes: Acceptos habes. k Quare, vt mutuum, vel literis, vel consensu, vt emptio, contrahuntur.

a *Al. Soluitur autem.*

b *Solutio est naturalis datio. Acceptilatio, nonatio, delegatio, civiles sunt solutiones. ac proprio satisfactioes dicuntur. huc pertinet l. solutam. De solut.*

c *Putat frumentum pro numis. l. Manifesti. C. De sol. Seneca 6. De benef.*

d *l. soluedo. De neg. gest. Liberation. s. fauore. e Fideiussores scz. & mandatores.*

f *Fac. l. a. De acceptil. nec ipsa sola tollitur obligatio. sed & quæ ipsi accedunt, vt hypotheca, pignora, fideiussores, stipulationes vsu-*

a Ex l. Ex uno.

De accept.

b Ex contractu,

vel quasi ex

maleficio, vel

quasi etiā obli-

gationes nomi-

nibus contractu.

c Dare, ut da-

re centum au-

reos, tacere, ut

suscipere in se

obligationē, l. si

mandato. §. qui-

ties. ff. Mand.

Oportet, præ-

sens tempus si-

gnificat, & ideo

adicitur oport-

tebit, l. si sti-

pulatus fuerim.

S. 1. l. si à colo-

no. l. cum stipu-

lamur. De ver-

oblig.

d Tenere est

naturaliter de-

tinere, possi-

dere v. rō est a-

nimo domini

detinere. Theo-

philus. Fac. l. 1.

Et l. Possidri.

De acq. poss. l.

Officium. De rei

vind.

enim visum est, verbis factam obligatio-
nem, aliis posse verbis dissolui. Sed & id,
quod alia ex causa debetur, potest in sti-
pulationē deduci, & per acceptilationem
dissolui. Sicut autē quod debetur, pro parte
rectē soluitur, ita in parte debiti accepti-
latio fieri potest. § Est autem prodita sti-
pulatio, quæ vulgò Aquiliana appellatur,
per quam cōtingit, ut omnium rerū obli-
gatio in stipulatū deducatur, & ea per ac-
ceptilationem tollatur. Stipulatio enim
Aquiliana renouat omnes obligationes, &
à Gallo Aquilio ita cōposita est. Quicquid
te mihi ex quacunque causa dare facere
oportet, oportebitve, præsens in diēve,
aut sub conditione: quarumcūque rerum
mihi tecū actio est, quæq; aduersus te pe-
titio, vel aduersus te persecutio est eritve;
quodve tu meum habes, tenes, possides,
dolove malo fecisti, quo minùs possideas;
quāti quæque earū rerum res erit, tantam
pecuniam dari stipulatus est Aulus Age-
rius, spopōdit Numerius Nigidius. [quod
Numerius Nigidius Aulo Agerio spopō-
dit, id haberētne à se acceptum Numerius
Nigidius Aulū Ageriū rogauit, Aulus A-
gerius Numerio Nigidio acceptū fecit]

¶ hæc inclusa ad verbum sumpta sunt ex d. l. Ex
vno. ff. De accep. Sed veteres lib. sic habent, & re-
tētus, l. tem ex aduerso Numerius Nigidius inter-
rogauit Aulum Agerium, Quicquid tibi ho-

die

QV

die P

di, i

Ager

III. &

§ Pr

veluti

dari sti

sonæ,

litur, t

dum,

tamē

ti si id

tutori

casu r

tur, &

idē iu

tus. r

net, ad

si eadē

ita de

pulati

aut sic

Quoc

uatio

cam?

alioq

Sed c

tūc fi

secūd

autē

attinet

die per Aquilianam stipulationem spon-
di, id omne habes ne acceptum? Respondit
Agerius, Habeo, acceptumque tuli.

III. & IIII. *obl. toll. mod.* Nouatio & Delegatio.
§ Præterea nouatione tollitur obligatio
veluti si id quod tibi Sei^{us} debebat, à Titio
dari stipulatus sis. Nā interuētu nouæ per-
sonæ, noua nascitur obligatio & prima tol-
litur, translata in posteriorē: adeo vt inter-
dum, licet posterior stipulatio inutilis sit,
tamē prima nouationis iure tollatur: velu-
ti si id, quod tu Titio debes, à pupillo sine
tutoris autoritate stipulatus fuerit, quo
casu res amititur. nā & prior debitor libera-
tur, & posterior obligatio nulla^{est}. § Nō
idē iuris est, si à seruo quis fuerit stipula-
tus. nā tunc prior perinde obligatus man-
net, ac si postea nullus stipulatus fuisset. Sed
si eadē persona sit, à qua postea stipuleris:
ita demū nouatio fit, si qd in posteriore sti-
pulatione noui sit: fortē si cōditio, aut dies
aut fideiussor adiiciatur, aut detrahatur.
Quod aut dixim^{us}, si cōditio adiiciatur, no-
uatione fieri: sic intelligi oportet, vt ita di-
cam^{us} factā nouationē, si cōditio extiterit:
alioqui si defecerit, durat prior obligatio.
Sed cū hoc quidē inter Veteres constabat,
tūc fieri nouationē, cū nouādī animo in-
secūdā obligationem itum fuerat: per hoc
autē dubiū erat, quādo nouandi animo vi-
attinet, *De re. iur. Theoph.* f. *Vet. in posteriorem stipulationem.*
t. ij.

a *Vet. Si id quod tu Seiō debebas, à Titiodari stipulatus sit, atque ita legesse, sequētia indicāt.*
b *Delegatio est hæc, cui tamen nouatio inest. nā delegatio est nouatio per stipulationem interuentu noua persone facta.*

c *Cuius legit. debebas, vt s. d.*
d *Ne naturalis quidē, quia pupillus animi iudicio caret. l. quod pupillus. De condic. in. Si tamē factus sit locus pleior, iure naturali obligatur. l. naturaliter. §. vl. & l. proxim. ff. De condic. ind.*
e *Nam in nouatione persona sit oportet, seruum autē ius ciuile pro nullo habet. l. Quod*

a *l. ult. C. De nouat.*

a *Hæc subdititia sunt, prioris obligationis. l. C.*

c *Est 4. modus tollēda oblig. consensu.*

d *Ipsio iure nū quia pacto de non petēdo tollitur obligatio ipsio iure: ideo hæc tollēda obligationis specie omisit hęc luff. vide l. Ab emptione. De peti.*

qua hunc locum explicat. Fac. l. 1. Quando lic. ab empt. disced.

e *Præter quinque modos 5. scriptos possunt & alij quatuor colligi: nempe*

Compensatio,

§. bona fidei.

De actio. Confusio. l. debitori.


7. C. de pac. Interitus rei, l. si

ex legari. 27. ff. De verbo. obli. Maleficiū creditoris, l. si quis in tantam. 7. C. unde vi. An. Con.

deretur hoc fieri, & quædam de hoc præsumptiones alij in aliis casibus introducebāt: ideo nostra processit cōstitutio^a, quæ apertissimè definiuit, [tūc solum nouationē prioris obligationis^b fieri,] quoties hoc ipsum inter contrahentes expressum fuerit, quod propter nouationem prioris obligationis conuenerunt. alioqui & manere pristinam obligationem, & secundam ei accedere, vt maneat ex vtraque causa obligatio secundum nostræ constitutionis definitionem, quam licet ex ipsius lectione apertius cognoscere.

¶ *Quintus modus soluendi oblig. ipso iure contrario consensu contrahentium.*

§ Hoc amplius^c eæ obligationes, quæ consensu contrahuntur, contraria voluntate dissoluntur^d. Nam si Titius, & Seius inter se consenserint, vt fundum Tusculanum emptum Seius haberet centū aureis: deinde re nondum sequuta (id est, neque pretio soluto, neque fundo tradito) placuerit inter eos, vt discederet ab ea emptione, & venditione: inuicem liberantur. Idem est in conductione, & locatione, & in omnibus contractibus, qui ex consensu descendunt, sicut iam dictum est^e.



INSTITVTIONVM
IVRIS, LIBER
IIII.

DE OBLIGATIONIBVS,
quæ ex delicto^b nascuntur.

TITVLVS I.

Prioribus duabus causis absolutis, ex quibus obligationes nascuntur contractus scilicet & quasi contractus, restant posteriores dua delicta & quasi delicta, quæ subsequentibus tit. explicatur. Delictorum autem alia sunt publica alia priuata. Dicuntur Publica quæ ad dissipationem status publici tendunt, vt seditio, homicidium, peculatus, ambitus, &c. de quibus lib. 28. Tandem etiam, & tit. de publ. ind. agitur. Priuata verò sunt quibus priuata vitæ affligitur^c commoditas: vt est furtum, rapina, damnum & iniuria: de quibus in hoc & seq. tit. differitur. ¶ Deinde & inter publica crimina, & inter priuata quadam sunt capitalia quæ pœna mortis aut exilij vindicantur, quædam non capitalia quorum pœna aut est pecuniaria, aut coercitio quædam corporalis^d. ¶ Rursus vtrorumque quædam sunt ordinaria in quibus certa pœna a legibus constituta est: alia extraordinaria quibus imponitur pœna pro modo^e delicti ex arbitrio iudicantis. Persequitur autem pœnam aut ciuilitè, quando petimus eam nobis adiudicari: aut criminaliter quando petimus vt reus vel luat pœnam in corpore, vel quid fisco infrat.

Hac ex Mysingero.

t. iij.

a Quidam cod. habent De obli. ex delicto, vt 5. de oblig. ex consensu: & de obli. ex q. conf. b Caius 2. lib. Inst. ut vltim. Paul. 2. Sent. tit. De fur 31.

Differentia delictorum. c l. ex maleficijs. ff. de act. & obl.

d l. 2. ff. de publ. ind.

e l. 1. ff. de esfract. & expil. l. vlt. ff. de priuat delict.

¶ Hic titulus generalis & communis est 4. titulis seq vsque ad tit. de Oblig. quæ quasi ex delict.



Vum sit expositum superiore libro de obligationibus ex contractu, & quasi ex contractu: sequitur, ut de obligationibus ex maleficio, [& quasi ex maleficio] dispiciamus. Sed illæ quidē (ut suo loco tradidimus) in quatuor genera diuiduntur: hæc verò vnius generis sunt. nam omnes ex re nascuntur, id est, ex ipso maleficio, veluti ex furto, rapina, damno, iniuria.

a Nam aut re, aut verbis, aut lucris, aut consensu contrahuntur.

b Verborum tamen contumelia & litis, ut famosus libellus sit, l. Aut facta. De pœnia.

c Hæc sunt priuata maleficia quatuor: alia sunt publica, aut popularia, aut extraordinaria. l. C. Veluti exempli potius verbo quam diuisionis usus est, quia fortè præter has maleficiorum species, reperiuntur alia: ut de incendio, ruina, naufragio, videlicet 47. Digst. Sed cæteras ad has 4. referri non subtiliter contendunt. d Ex l. 1. co. Vide Anto. Aug. Emend. l. 4 ca. 4. e Veluti si seruum tuum subtraxerim. f Ut si quod in unum diem utendum dederim, diutius teneas. Theophil. g Veluti si quod pignoris aut depositi causa datum est, tanquam dominus possideam Theophil. h Furtum iure naturali prohiberetur esse confirmat Ulp. l. Probrum. 42. De ver sig licet aliud velit Ale. lib. 1. Diss. cap. 10. Gell lib. 11. cap. 12. Cic. 3. Ver. Anto. August. 3. ibidē. i Vide Nonium & Varro. Gill. lib. 1. c. 11.

§ Furtum est contrectatio fraudulosa, lucri faciendi gratia, vel ipsius rei, vel etiam usus eius, possessionisve, quod lege naturali^b prohibitum est admittere. Furtum autem vel à furuo, id est, nigro^d dictum est, quod clam & obscure fiat, & plerumque nocte. vel à fraude, vel à ferendo, id est,

auferendo

DE
auferere
esse
rendo

¶ De

§ F

manif
conce
tionis
nera
Mani
ex, ap
to de
co de
qui in
gressu
in oli
furtu
vinc
furtu
quan
preh
priu
quam
pon
defti
furti
festu
intel
filiu

auferendo : vel à Græco sermone , quòd ^a φῆρες appellant fures. Imò & Græci ^b à ferendo φῆρες dixerunt.

¶ *Dimisio furti, & singularum eius specierum explicatio.*

§ Furtorum autem duo sunt genera: manifestum & nec manifestum ^c. Nam conceptum & oblatum, species potiùs actionis sunt furto coherentes, quàm genera furtorum, sicut inferiùs apparebit. Manifestus fur est, què Græci *ἐν αὐτοφάει* ^d appellant: nec solùm is qui in ipso furto deprehenditur, sed etiam is qui eo loco deprehenditur, quo furtum fit ^e: veluti qui in domo furtum fecit, & nondum egressus ianuam deprehensus fuerit: & qui in oliueto, oliuarum: aut in vineto, vuarum furtum fecit, quandiu in eo oliueto, aut in vineto deprehensus fuerit. Imò vterius furtum manifestum est extendendum, quandiu eam rem fur tenens visus vel deprehensus fuerit: siue in publico, siue in priuato, vel à domino, vel ab alio, antequàm eo peruenerit, quò deferre vel deponere destinasset ^f. Sed si pertulit, quò destinauit, tamen deprehendatur cum re furtiua, non est manifestus fur. Nec manifestum furtum quid sit, ex iis, quæ diximus, intelligitur. nã quòd manifestum non est, id scilicet nec manifestum est. § Cōceptum t. iij.

a Legendum qui non quòd.

b Legend. φῆρες τῶ φῆρες.

c Qua inter genera furtorum Paul. retulerat lib. 5. tit. 2. c. 31.

d Id est, in ipso facto, seu actus furandi. s. d. prehesus. Asi. hinc. contra Ctesiph. in αὐτοφάει κλέπτει. Papianus in l. si dominus. ff. de praesc. verb. appellat deprehensus in admissio.

e Vet. quo fit: veluti q. domi furtum fecit: & paulo post, aut vineto fur deprehensus fit. f. Id est (ut ait Paul. li. 4. tit. 2. De furt.) quò destinauerat eo die manere cum eo furto.

g Unde furtum concipere pro inuenire usurpauit Paulus lib. 2. Senec. tit. 31. De furtis.

a In triplū. f. leg. xy. Tabul. Gell. lib. 11. cap. vi.

b Ut condēnationis turpitudine penes te potius esset q̄ penes ipsū. Theoph.

c In Pand. idcirco uerbum quidem.

d Hoc est. presentibus testibus. Furtiuorū autem quaestiones cum lance & licio (de quo Gell. lib. 16. cap. 10.) auauerūt. Vide Plat. 12. De leg. & Fust. Pomp. lib. 10.

e Denter. cap. 5. Exod. ca. 22. Gell. lib. 20. cap. 1. Leg. xy. Tab. tit. 2.

f Gell. lib. 11. cap. ult. in seruos, aut grauius quam liberos furti nomine aduocatur.

furtū dicitur, cū apud aliquem testibus presentibus furtiua res quaesita, & inuenta sit: nam in eum propria actio constituta est, quāuis fur non sit, quæ appellatur concepti. § Oblatum furtum dicitur, cū res furtiua ab aliquo tibi oblata sit, eaq; apud te concepta sit: utique si ea mēte tibi data fuerit, ut apud te potius, quā apud eū, qui dedit, cōciperetur. nā tibi apud quem cōcepta sit, propria aduersus eum qui obtulit, quāuis fur non sit, constituta est actio, quæ appellatur Oblati. Est etiā prohibiti furti actio, aduersus eū qui furtum quaerere, testibus presentibus, uolentem prohibuerit. § Præterea pœna constituitur edicto Prætoris per actionem furti nō exhibiti, aduersus eum, qui furtiuam rem apud se quaesitam, & inuentam, non exhibuit. Sed hæ actiones, scilicet concepti & oblati, & furti prohibiti, necnō furti non exhibiti, in deluetudinem abierūt. Quum enim requisitio rei furtiue hodie secundā ueterem obseruationem non fiat: merito ex consequentia etiam præfatæ actiones ab usu communi recesserunt: quum manifestum sit, quod omnes, qui scientes rem furtiuam susceperint & celauerint, furti nec manifesti obnoxij sūt. Pœna manifesti furti, quadrupli est, tam ex serui, quā ex liberi personæ. nec manifesti, dupli.

¶ Quando committatur furtum.

§ Furtum

§ I

inter

sed g

uito d

tor p

fit a

accep

cuius

velut

quasi

peres

gesta

aliqu

de ec

§ I

datis

perit

gant

intel

miss

ptim

affec

& si

com

aut

fieri

tius

dam

ferr

(Ma

deli

§ Furtū autem fit, non solūm cūm quis
intercipiēdi caussa rem alienam amouet^a:
sed generaliter cūm quis alienam rem in-
uito domino cōtrectat. Itaque siue credi-
tor pignore^b, siue is, apud quem res depo-
sita est, ea re vtatur siue is qui rē vtendam
accepit, in aliū vsum eam transferat, quā
cuius gratia ei data est, furtum committit:
veluti si quis argentum vtendū acceperit^c,
quasi amicos ad cōenam inuitaturus, & id
peregrē secum tulerit: aut si quis equum
gestandi^d caussa commodatum sibi, logiūs
aliquō duxerit: quod Vereres^e scripserunt
de eo, qui in aciem^f equum perduxisset.

§ Placuit tamen eos, qui rebus commo-
dati aliter vtentur, quā vtendas acce-
perint, ita furtum committere, si se intelli-
gant, id inuito^g domino facere: eūmque, si
intellexisset, non permissurum. at si per-
missurum credant, extra crimen^h videri: o-
ptima sanē distinctio, Quia furtum sine
affectu furandi non committatur. § Sed
& si credatⁱ aliquis inuito domino se rem
commodatam sibi contrectare, domino
autem volente id fiat: dicitur furtum non
fieri. Vnde illud quæsitum est, cūm Ti-
tius seruum Mæui sollicitauerit, vt qua-
dam res domino subriperet, & ad eum per-
ferret, & seruus id ad Mæuium pertulerit:
(Mæuius autem, dum vult Titium in ipso
delicto deprehendere, permiserit seruo

a *Immutat,*
specificat, tradit
sciens §. 2. in fi.
§. de vsuca. V.
b *Ex l. Si pi-*
gnore, 54. ff. De
furt. l. si is 7. C.
eod. quod iure
ciuili quo ad
pœnam pecu-
niariā verū est.
c *Val. Max. c.*
2. in fi. lib. 8.
d *Ad valetu-*
dinem & animi
recreationem.
e *Veterū appel-*
latione cōtinen-
tur Brutus, Ma-
nilius, Sabinius,
Labco. l. quam
rem, 38 vbi Cu-
ff. De vsucap.
f Gell. lib. 7. c.
15. l. Qui iu-
mentis, 40. C.
l. 76. De furt.
g *id est, nō cō-*
sentiēte. l. Qui
v. ss. 48. §. Si e-
go. De furt. Vi-
de Alciat li. 1.
Dispūct. ca. 10.
h *id est, de-*
lictum.
i *Ex Vlp. l. In-*
ter oīs 46. §.
Rectē. De furt.

I.
n testibū
& inuēta
onstituta
latur cō-
r, cūm res
āq; apud
tibi data
apud eū
ud quem
n qui ob-
uta est a-
etiā pro-
i furtum
olentem
onstitui-
a furti nō
uam rem
n exhibe-
ncepti &
furti non
it. Quum
secundū
e: merito
actiones
m mani-
ntes rem
nt, furti
manife-
ui, quā
dupli.
s.
Furtum

a *Vet. cod. san-
ximus. sic enim
legendum est in
l. 8. C. de testib.
& l. 1. C. de nu-
merar. & alt.
nō. sancimus.*

l. Cuiac.

b *Vet. nō cur-
rant.*

c *Videtur Cu.
legendum. per-
tentetur. ut in
constit. Iustin.*

d *Ex l. in furt.
ff. cod.*

e *Vet. in po-
testat. nō. sit.*

f *Vet. quisq.*

g *Quoniam in
eo creditorem
ladii. quia cō-
modo eum spo-
liet, quod in
caussa pigno-
ris est.*

h *Abst. à Vet.
lib.*

i *Is, cuius con-
silio factum est
furtum, tene-
tur. l. Qui ser-
uo. §. 1. l. Si qui
uxori. §. Ne-
que. De furt.
Cic. 3. De nat.
deor.*

quasdam res ad eū perferre:)vtrum furti,
an serui corrupti iudicio teneatur Titius,
an neutro? Et cū nobis super hac dubi-
tatione suggestū est, & antiquorū Pruden-
tium super hoc altercatiōes perspeximus,
quibusdam neque furti, neque serui corru-
pti actionem præstantibus, quibusdam
furti tātummodo: nos huiusmodi callidi-
tati obuiam euntes, per nostram decisio-
nem^a sancimus, non solum furti actionem,
sed & serui corrupti contra eū dari. Licet
enim is seruus deterior à sollicitatore mi-
nimè factus est, & ideò non concurrant^b
regulæ, quæ serui corrupti actionem in-
troducūt: tamen consilium corruptoris ad
perniciem probitatis serui introductū est,
ut sit ei poenalis actio imposita, tãquam si
re ipsa fuisset seruus corruptus: ne ex hu-
iusmodi impunitate & in aliū seruum, qui
facile posset corrupti, tale facinus à qui-
busdam perpetretur^c. § Interdum^d etiam
liberorum hominum furtum fit: veluti si
quis liberorum nostrorum, qui in pote-
state nostra sunt^e, subreptus fuerit.

§ Aliquando autem etiam suæ rei fur-
tum quis^f committit: veluti si debitor rem,
quam creditori pignori causa dedit, sub-
traxerit. Interdum [quoque^h] furti tene-
tur, qui ipse furtum non fecit: qualis est is,
cuius ope & consilioⁱ furtum factum est.
In quo numero est, qui tibi nummos ex-

culsit,

DE
culsit, v
rit, ut al
tuas, ve
peret
qui pan
quid ee
pera, vt
in factū
uii, Tit
Ope &
videtur
aut ips
lius fur
fringer
nerent
gratia
pem ad
tūm co
furtum
qui in
state si
quiden
sam ca
test, a
uertat
quia n
eos ad
terius
furtum
furti t
lio eiu

DE OBL. Q. EX DEL. N. S. C. 283
cussit, vt alius eos raperet: aut tibi obstitit, vt alius rem tuam exciperet, aut oues tuas, vel boues fugauerit, vt alius [eas] acciperet. Et hoc Veteres scripserunt de eo qui panno rubro fugauit armetum. Sed si quid eorum per lasciuiam, & non data opera, vt furtum admitteretur, factum est: in factu actio dari debet. At vbi ope Mæuii, Titii furtu fecerit, ambo furti tenentur. Ope & consilio eius quoque furtu admitti videtur, qui scalas forte fenestris supponit: aut ipsas fenestras vel ostiu effringit, vt alius furtu faceret: quive ferramenta ad effringendum, aut scalas, vt fenestris supponerentur, comodauerit, sciens cuius [rei] gratia comodauerit. Certè qui nullam operam ad furtum faciendū adhibuit, sed tantum consiliū dedit, atque hortatus est ad furtum faciendū, non tenetur furti. § His qui in parentum vel dominorum potestate sunt, si rem eis surripiunt, furtum quidem faciunt, & res in furtiuam causam cadit (nec ob id ab vlllo vsucapi potest, antequam in domini potestatem reuertatur) sed furti actio non nascitur: quia nec ex alia vlla causa potest inter eos actio nasci. Si verò ope & consilio alterius furtum factum fuerit: quia vtique furtum committitur, conuenienter ille furti tenetur: quia verum est, ope & consilio eius furtum factum esse.

a Vet. eos exciperet.

b Seneca li. 2.

De ira, Tauru,

inquit, color rubicundus exci-

ta: ad umbrā

assis exurgit:

ursos, leonesque

mappa prorit.

Vid. l. in

furti. §. vl. De

furt.

c Theophil. 27

τρωφῆν. Anto.

Aug. E. mēd. li.

4. c. 11. Bud. e.

Ad. l. 1. §. vl.

De Edil. edi.

petulantia mo-

litiem & iocum

intempestiuum.

d In factum

prætoria: aut si

præcipit at a sūt

pecora, in factū

ciuilis.

e Vid. l. Si pi-

gnore. 54. §. pe.

De furt.

f Fac. l. Sern.

cod.

§ Quæ de fullone & sarcinatore diximus, eadem & ad eum, cui comodatæ res est, transferenda veteres existimabāt. Nam ut ille fullo mercedem accipiendo, custodiam præstat: ita is quoque, qui commodatum vten di causa^b accepit, similiter necesse habet custodiam præstare. § Sed nostra prouidentia etiam hoc in nostris decisionibus^c emēdauit, ut in domini voluntate sit: siue commodati actionem aduersus eum, qui rem commodatam accepit, mouere desiderat: siue furti, aduersus eū, qui rem subripuit: & alterutra earum electa, dominum non posse ex pœnitentia ad alteram venire actionem. sed si quidem furem elegerit: illum, qui rem vten dam accepit, penitus liberari. sin autē commodator veniat aduersus eum, qui rem vten dam accepit: ipsi^d quidem nullo modo competere posse aduersus furem furti actionem. eum autem, qui pro re commodata conuenitur, posse aduersus furem furti habere actionem: ita tamen si dominus sciens^e rem esse^f subreptam, aduersus eum cui res commodata fuerit, peruenit. sin autem nescius & dubitās^g rem esse subreptam, apud eum^b commodati actionem instituerit: postea autem re comperta voluerit remittere quidem commodati actionem, ad furti autem actionem^h peruenire: tunc licentia ei conceditur & aduer-

a *Omnibus. n. quorum periculosos aliena sūt, datur actio furti non etiam conditio, l. cū. 14. §. qualis ff. eo. W. es.*
 b *d. l. cū qui. §. si res, & l. vlti. C. eo. l. 3. in fin. ff. Comm.*
 c *Leges 30. intelligit post priorem Codicis editio nem emissas, quibus Imperator veteres veterum Iuris cōsultorum controuer sias dirimit, quarum una est in l. vl. C. de fur. d. Commodatori, seu domino.*
 e *Fac. d. l. vlt. C. de furt.*
 f *Vet. lib. non esse. sic & l. vlt. C. De fur. l. C.*
 g *Qui pro ignorante habetur, l. vlt. C. de cōdi. indob. W. es.*
 h *Cōmodatariū i Agēdo contra furem ipsum.*

a *Id est, dubi-
ans & ignorans.*

b *Commoda-
tarius, scilicet.*

c *Id est, sine
vicerit, sine vi-
ctus sit. Theop.
d Sumptus est
hic loc^o ex Ulp.
ml. Eū qui. §.
is aut. De furt.
C. l. vl. §. vl.
C. eo.*

e *At nemo de
dolo suo habet
actionem furti,
l. itaque. ff. eod.
f Ex l. Impu-
berem. De fur.
impubes furto
tenetur. leg. xy.
Tab. Gel. l. i. r.
cap. vl. ad eōt
arbitratu Prae-
toris credere-
tur, & noxam à
se fallam sar-
ciet.*

g *Id est, con-
tractando. A. C.*

sum furem venire, obstaculo nullo ei op-
ponendo: quoniam incertus constitutus
mouit aduersus eum, qui rem vtendam
accepit, cōmodati actionem: nisi domino
ab eo^o satisfactū fuerit: tūc etenim omni-
no furem à domino quidem furti actione
liberari: suppositum autem esse ei, qui pro
re sibi cōmodata domino satisfecit: quum
manifestissimum sit, etiam si ab initio do-
minus actionem commodati instituerit,
ignarus rem esse subreptam: postea autem
hoc ei cognito, aduersus furem transierit
omnino liberari eum, qui rem commodatam
acceperit, quemcunque causā exitū
dominus aduersus furem habuerit: eadem
definitione obtinente, siue in parte, siue in
solidum soluendo sit is, qui rē commodatam
acceperit. § Sed is^d, apud quem res
deposita est, custodiā non præstat: sed tantum
in eo obnoxius est, si quid ipse dolo
malo fecerit, qua de causā si res ei subrepta
fuerit: quia restituendæ eius rei nomi-
ne depositi non tenetur, nec ob id eius in-
terest rem saluam esse: furti agere nō po-
test, sed furti actio domino cōpetit. § In
summa §, sciendum est, quæsitum esse, an
impubes rem alienam amouendo, furtum
faciat: Et placuit, quia furtum ex affectu
[furandi] consistit: ita demum obligari eo
crimine impuberē, si proximus pubertati
sit, & ob id intelligat se delinquere.

Quomodo

D

¶

§ F

pli, t
tinet.

trinsec

dicant

Sed re

fessore

lius q

furem

polsid

D

¶

mino

recte

esse)

delict

pellat

tra an

que a

¶ *Quomodo duplum aut quadruplum in actione furti sit accipiendum.*

§ Furti actio, siue dupli, siue quadrupli, tantum ad pœnæ persequutionem pertinet. Nam ipsius rei persequutionem extrinsecus ^a habet dominus, quam aut vindicando, aut condicendo potest auferre. Sed rei vindicatio quidem aduersus possessorem est: siue fur ipse possidet, siue alius quilibet. condictio autem aduersus furem ipsum heredemve eius ^b, licet non possideat, competit.



DE VI BONORVM

raptorum ^a.

TITVLVS II.

¶ *Quare introducta hæc actio, & qualis sit. *Secunda species obligationis, ex delicto.*

Vi vi ^a res alienas rapit, tenetur quidem etiam furti (quis enim magis alienam rem inuito domino cõrectat, quam qui vi rapit: ideoq; rectè dictum est ^a, cum improbum furem esse) sed tamen propriam actionem eius delicti nomine Prætor introduxit, quæ appellatur Vi bonorum raptorum: & est intra annum quadrupli: post annum, simpli: quæ actio utilis ^b est, etiam si quis vnam

*vide §. si tamen
de act. demul. §.*

a Id est, extra pœnam & quadruplum, Theoph.

§. Ex maleficis. De action. j.

b In hac tamen pœnalis actio non datur.

nisi fuerit lis cõ fure superstitie contestata. heredi verò eius qui dñum passus est, hæc actio non dene-

gatur. Vide §. non autem. j. De temp. act. G.

c Additur in quibusdam lib. actione. Vide cap. 6. Leuit.

d Decet in vet. lib.

e A Iuliano. §. l. 2. ff. cod.

f Vulgò, ut ait Ulp. l. 2. ff. cod.

g Quo. §. rapina facta est.

h Id est, proficit: ne quis accipiat p̄ ea, qua directæ oppositur. ut §. 1. De oblig. quæ quasi ex delict. §.

i

j

k

l

m

n

o

p

q

r

s

t

a *Iustin. Non.*
63. *habet, ut dicitur*
μικροῦ ἢ ἀπο-
γυῖα.

b *Id est, inno-*
niatur. Et pra-
sentibus testi-
bis conuincit-
tur. Theoph. in
τῷ ἀπογυῖα π
φασαδ. non
αὐτ' ἠμεῖς μα-
να obtorto collo
in carcerem ra-
piatur, ut qui-
dam volunt.

c *Cuiac. legit,*
Quia tamen
ita competit
hæc actio, si
dolo malo q̄
rapuerit, qui
aliquo erro-
re ductus rem
suam esse pu-
tat, & impru-
dens iuris eo
animo rapit.
d *Verustissi-*
mus codex hab.
absolui de pœ-
na rapti non

de re debet: *Vide Cuiac. e Raptor rei suæ non tenetur. l. 2. §.*
Hac. eod. nec item lege Iulia. l. Si quis. Cod. Ad leg. Iul. sed rei sui
dominio mulctatur. l. Si quis. Cod. Unde vi. f. Eo sensu accipit.
Sed ex constitutionibus. De interd. causa cadere vel formula. Sum.
in Claud. cap. 14. Senec. De vita tranq.

rem, licet minimam ^a, rapuerit. Quadru-
plum autem non totum pœna est, sicut in
actione furti manifesti dixim⁹: sed in qua-
druplo inest & rei persecutio: ut pœna tri-
pli sit, siue comprehendatur ^b raptor in ipso
delicto, siue non. Ridiculum enim esset,
leuioris conditionis esse eum, qui vi rapit,
quàm qui clam amouet. [Ita tamen ^c com-
petit hæc actio, si dolo malo quis rapue-
rit. Nam qui aliquo errore ductus, rem
suam esse existimans, & imprudens iuris,
eo animo rapuerit: quasi domino liceat e-
tiam per vim rem suam auferre à posses-
soribus,] absolui debet ^d. Cui scilicet con-
ueniens est, nec furti teneri eum qui eod-
em hoc animo rapuit. Sed ne, dum talia
excogitantur, inueniatur via per quam
raptores impunè suam exerceant auari-
tiam: meliùs Diualibus Constitutionibus
pro hac parte prospectum est: Vt nemini
liceat vi rapere vel rem mobilem, vel se-
mouentem, licet suam ^e eandem rem exi-
stimet. Sed si quis contra statuta Princi-
pum fecerit, rei quidem suæ dominio ^f ca-
dere: si autem aliena res sit: post restitu-
tionem eius, etiã æstimationem eiusdem

rei pra-
bus re-
obtin-
nibus
caussa.
Sancti-
tur^d, r-
bonis
locum
cata,
rata,
ut int-
ferri
que p-
ue vs-
aliud
dum
ut do-
ex bo-
est, e-
prop-
ex qu-
re cl-
bere



rei præstare^a. Quòd non solùm in mobili-
bus rebus, quæ rapi possunt. cõstitutiones
obtinere censuerunt: sed etiam in inuasio-
nibus^b, quæ circa res soli fiunt: vt ex hac
caussa ab omni rapina homines abstineãt.
Sanè^c in hac actione non vtique expecta-
tur^d rem in bonis actoris esse. nam siue in
bonis^e sit, siue non: si tamen ex bonis sit,
locum hæc actio habebit. Quare siue lo-
cata, siue commodata, siue etiam pigno-
rata, siue deposita sit res apud Titium, sic
vt intersit eius eam rem per vim non au-
ferri (veluti si in deposita re culpam quo-
que promissit) siue bona fide possideat, siue
vsumfructũ quis habeat in ea, vel quid
aliud iuris, vt intersit eius non rapi: dicen-
dum est ei competere hanc actionem, non
vt dominiũ accipiat: sed illud solùm, quod
ex bonis eius, qui rapinam passus est, id
est, quod ex substantia eius ablatum esse
proponatur. Et generaliter dicendum est,
ex quibus causis furti actio competit in
re clam facta, ex eisdem causis omnes ha-
bere hanc actionem.

a Vim passò
scilicet.

b Quod vey-
bunt de immo-
bilibus proprie
dicitur: capiũ-
tur autem res
mobiles.

c Ex l. 2. §. In
hac. ff. cod.

d Paul. habet
spectamus. d. §.

In hac.

e Id est, domi-
nio in quo verò
ea sunt, quæ
possidemus.

f Quidã vo-
lũt ab Aquilio
Gallo, qui nun-
quam Tribu-
nus plebis fuit,
minimè roga-
tũ fuisse. sed ab
Aquilio quodã
rogante latam:
quia Q. Mu-
tius Scænola e-
ius legem memi-
nerit in l. Quin-
tus hoc sit. in-

tequam vel na-
tus esset Gallus
Aquilius: vel
certè magistra-
tus genere aus
legem rogare
possit.

DE LEGE AQVILIA^f.

TITVLVS III.

¶ Tertia species delicti vnde obligatio rei pecu-
naria & priuata oritur.

u.j.

a *Alidani iniuria. i. per iniuriam dati. i. per culpā. Sic enim hoc verbū intel ligi isto tit. de bere, docet Instum. in princ. tit. de inur. Et hoc differt à pauperie quæ definitur damnis, sive iniuria faciēis datum. l. Si quadrup. pau.*

b *Hinc apparet seruos quadripedibus lege fuisse ad aqua tos. Ex l. i. eod.*

c *Id est, ἀπλοῦς, simpliciter, indistinctè, ὁμοῦ τοῦ αἰῶς, ut in l. i. §. Si ei qui. ff. de lega. no. cau. Verum, non immeritò mirabitur quis*

hac interpretationem, cum capite primo legis Aquiliæ esset scriptum quadrupedem vel pecudem, nam fortè paradoxum sit ita interpretari, vel pecudem, id est, quæ pecudum numero sit. d. Sub imperio pastoris. f. vnde Caius l. 28. §. 1. eod. Feras à pecudibus distinat. e. l. 2. ff. eo. l. 65. De leg. 3. vbi verba Martiani extant. f. Hamerū vῆμοντες, quo significatur de feris non intelligi. Arist. 8. & 9. Ann. G. Lib. 13. Odyss. h. l. 2. eod. l. 65. §. Pecorivus. De leg. 3.



Amni iniuriæ actio constituitur per legē Aquiliam: cuius primo capite cautum est, vt si quis alienum hominem, alienamve quadrupedem quæ pecudum numero sit, iniuria occiderit: quanti ea res in eo anno plurimi fuerit, tantum domino dare damnetur. Quod autem non præcisè de quadrupede, sed de ea tantum, quæ pecudum numero est, cauetur: eò pertinet, vt neque de feris bestiis, neque de canibus cautum esse intelligamus: sed de iis tantum, quæ gregatim propriè pasci dicuntur: quales sunt equi, muli, asini, oues, boues, capræ. De suis quoque idem placuit. Nam & fues pecudum appellatione continentur: quia & hi [gregatim] pascuntur. Sic denique & Homerus in Odyssæa ait (sicut Ælius Martianus in suis institutionibus refert)

Διεις τῶν ἐσοῦν παρῆρπον. οἱ δὲ νῆμοντες
Παρῆρπος περὶ τῆν, ὅτι τὴν κελύνην Ἀρσίουσιν.

Hoc est:

Seltantem videas qui errant per pascua porcos, Ad Coracis saxum iuxta fontemque Arctusum,

§ Iniuria autem occidere intelligitur,

D
qui nulli
nem in
tur, vt
poteat.
qui casu
inuenia
lo, quan
tur. Ita
exercita
cerit d
eo cam
sum est
lius tale
dē iuris
qui ad
est id a
bore de
tem occ
aut vic
mauit,
est: fed
cauere
extra cr
via for
cet non
li extra
¶ Qu
ob
ret
Theophi
pud. vlt

qui nullo iure ^a occidit. Itaque qui latro-
nem [insidiatorem ^b] occiderit, non tene-
tur, utique si aliter periculū effugere non
potest. Ac neis quidem hac lege tenetur
qui casu occidit: si modò culpa eius nulla
inueniatur. nam alioqui non minùs ex do-
lo, quàm ex culpa quisque hac lege tene-
tur. Itaque si quis dum iaculis ludit, vel
exercitatur, transeūtē seruum tuum traie-
cerit ^d: distinguitur. Nam si id à milite ^e in
eo campo, vbi solitū est exercitari, admis-
sum est: nulla culpa eius intelligitur. si a-
lius tale quid admisit, culpæ reus est. Idē
iuris est de milite, si in alio loco, quàm
qui ad exercitandum militibus destinatus
est id admisit. § Item si putator ^f ex ar-
bore deiecto ramo seruū tuum transeun-
tem occiderit, si propē viam publicam ^g,
aut vicinalē ^h id factum est, neque procla-
mavit, vt casus euitari posset, culpæ reus
est: sed si proclamavit, nec ille curauit præ-
cauere, extra culpam est putator. Æquē
extra culpā esse intelligitur, si seorsum à
via fortē, vel in medio fundo cædebat, li-
cet non proclamavit: quia in eo loco nul-
li extraneo ius fuerat versandi.

¶ Qui onus peritiae & viribus impar subierit, si
ob id damnum datum sit, quomodo culpa
reus dicatur.

Theophyl. l. Via. De loc. & itin. pub. l. 2. §. Viarum. Ne quid in lo-
pid. vlt. De ser. rust. pra. Siculus Flac. De cond. agr.

u.ij.

a Theoph. *met-*
ex vbius, id est,
contra ius.

b Hanc vocem
non agnoscit
Theoph.

c Theophyl. non
minus eum lex
vlescitur, qui
per culpam oc-
cidit, q̄ qui ex
dolo, ex culpa.
est enim vniuer-
sus ordo. similis
error est in l.
l. i. §. S. Pa-
storū. De pact.
d Vet. transe-
cerit. Cuiacius
sic distinguit: si
id à milite quā
dem in cam-
po, eoque vbi
&c.

e Ex l. 44. eod.
f Ex Paulo l.
Si putator 31.
eod.

g Theoph. βα-
στανιστὴν vocat,
qua omnibus est
communis.

h Quae in vicis
ductis, & publi-
ca etiam est.

a Hinc intelli-
ge medicos o-
lim xepopyuc
fuisse. l. 6. §. Si-
cuti. De Offic.
praef. l. Qua. &
l. seq. eo. Gell. li.
10. cap. 5. Plat.
11. De legib. l.
Cum de latio-
nis. §. in instru-
mentis. De instr.
vel instr. leg.
b Illicitas. §.
Sicuti. de Offi.
praef.

c Aut Iuris-
consultus, vel
obstetric aut a-
lium artificium
professus.

d Ex Cap. l. l.
de iuris §. Mu-
tionem eo. Uet.
culpa tene-
tur. & resté.

e Ut index re-
tro legēdo, e-
ius aestimatio-
neat. l. Ait
lex. ff. cod.

f Quis animal
intra annū plu-
ris valuit quā
qua tēpore in-
terfectū est. W.

§ Præterea si medicus qui seruū tuum
secuit dereliquerit curationem eius, & ob
id mortuus fuerit seruus, culpæ reus erit.
Imperitia quoque culpæ adnumeratur: ve-
luti si medicus ideo seruū tuum occi-
derit, quia malè eum secuerit, aut peper-
am ei medicamentum dederit. § Impe-
tu quoque mulatum, quas mulio propter
imperitiam retinere non potuit, si seruus
tuus oppressus fuerit: culpæ reus est mu-
lio. Sed & si propter infirmitatem eas re-
tinere non potuerit, cum alius firmior eas
retinere potuisset: æquè culpa tenetur. Ea-
dem placuerunt de eo quoque, qui cum
equo ueheretur, impetū eius aut propter
infirmitatem, aut propter imperitiam
suam retinere non potuerit. § His at-
tem verbis legis, *Quanti id eo in anno pluri-
mi fuerit*, illa sentētia exprimitur: vt si quis
hominem tuū, qui hodie claudus, aut man-
cus, aut luscus erit, occiderit, qui in eo an-
no integer, aut pretiosus fuerit, non tanti
teneatur, quanti hodie erit, sed quanti in
eo anno plurimi fuerit. qua ratione cre-
ditum est, pœnale esse huius legis actio-
nem: quia non solum tanti quisque obli-
gatur, quantū damni dederit, sed aliquan-
dos longè pluris. Ideoque constat in her-
edem eam actionem nō transire, quæ tran-
situra fuisset: si ultra damnū nunquam
lis aestimaretur. § Illud non ex verbis
legis,

D
legis, se
solum p
habend
mus: &
peremp
tum fue
ab aliq
quā i
nam he
esse ha
larum v
num qu
seruus
aestima
putatu
sunt. §
uus oc
legis A
talis, c
secund
§ C
mno
eam qu
ro est,
dem

se. d
dolo. eos
licet A
cod. §
tūm m

legis, sed ex interpretatione ^a placuit: non solum perempti corporis æstimationem habendam esse, secundum ea, quæ diximus: sed eo amplius, quicquid præterea perempto eo corpore damni ^b nobis illatum fuerit: veluti si seruum tuum heredem ab aliquo institutum, antè quis occiderit, quam is iussu tuo hereditatem adierit. nam hereditatis quoque amissæ rationem esse habendam constat. Item si ex pari mularum unam, vel ex quadrigis equorum unum quis occiderit, vel ex Comædis unus seruus occisus fuerit: non solum occisi fit æstimatio, sed eo amplius id quoque computatur, quanti depretiati sunt qui supersunt. § Liberum ^d autem est ei, cuius seruus occisus fuerit, & ex iudicio priuato legis Aquiliæ damnum persequi, & capitalis ^e criminis eum reum facere. Caput secundum legis Aquiliæ in vsu non est.

§ Capite tertio ^f de omni cætero & damno cauetur. Itaque si quis seruum, vel eam quadripedem, quæ pecudum numero est, vulnerauerit: siue eam quadripedem, quæ pecudum numero non est, ve-

^{se.} ^d Est apertior hic locus apud Ulpian. l. Unde dolo. cod. ^e Ex lege Cornel. De sicariis. Theophil. ^f Legis scilicet Aquiliæ, cuius capitis verba vite apud Ulpian. l. Si seruus. §. 3. cod. ^g Præter mortem scilicet. nam primum caput de damno tantum morte illato conceptum est.

^a Ait Ulp. hoc iure utimur, ut eius, quod inter est, fiat æstimatio. l. 21. §. ult. hic.

^b Pecuniarum, nam æstimationis ratio non habetur, ut si filium meum naturalem occideris, non plus æstimabitur, quam si filius meus non fuisset. l. Si seruum. §. 3. eo tit. A. C.

^c Id est, quatuor equorum iugis, nec hic significatur currus, sic Symmachus libro 1. epistol.

scribit currus Camilli esse veteres Romanos, & albes quadrigas et exitum esse peperisse.

^{se.} ^d Est apertior hic locus apud Ulpian. l. Unde dolo. cod. ^e Ex lege Cornel. De sicariis. Theophil. ^f Legis scilicet Aquiliæ, cuius capitis verba vite apud Ulpian. l. Si seruus. §. 3. cod. ^g Præter mortem scilicet. nam primum caput de damno tantum morte illato conceptum est.

a Caput in
Pādell. appel-
latur capitulū.
ut Græci κα-
φάλαιον. qui-
dam tamen ve-
iiciunt hoc ver-
bum ut barba-
rum.

b Cuius leg. aut
fructum aut
ruptum ut ge-
nerale verbum
postremo loco po-
natur. l. Si ser-
uus §. tertio. §.
inquit. §. cum
eo ff. eod.

c A Cels. §. d.
l. Si seruus. §.
Cum eo.

d Ulp. d. l. Si
seruus, habet. q
vinum spurca-
uit: ubi vinum
spurcatum vo-
cat, dilutum, &
aqua infusa vi-
riatum. Festus
Pompe. A he-
neus ἀπολίστες
τὸν οἶνον, ἔμ-
χίας τὸ ὕδωρ.
Vide Bud. cum.

e Ulp. huius
sententia au-
thorem non laudat
Sabinum. l. Quomodo §. vlti. ff. eodem.

luti canem, aut feram bestiam vulnera-
vit, aut occiderit: hoc capite^a actio consti-
tuitur. § In cæteris quoque omnibus
animalibus, item in omnibus rebus, quæ
anima carent, damnum per iniuriam da-
tum, hac parte vindicatur. Si quid enim
vstum, aut ruptum^b, aut fractum fuerit:
actio ex hoc capite constituitur: quan-
quam poterat sola rupti appellatio in om-
nes istas causas sufficere. Ruptum enim
intelligitur, quod quoquo modo corruptum
est. Vnde non solum fracta, aut v-
sta, sed etiam scissa, & collisa, & effusa, &
quoquo modo perempta, atque deteriora
facta, hoc verbo continentur. Denique re-
sponsum^c est, si quis in alienum vinum^d
aut oleum id miscuerit, quo naturalis bo-
nitas vini aut olei corrumpetur: ex hac
parte legis Aquiliæ eum teneri. Illud pa-
lam est, sicut ex primo capite ita demum
quisque tenetur, si dolo aut culpa eius, ho-
mo aut qua drupes occisus occisus fuerit:
ita ex hoc capite, de dolo aut culpa, & de
cætero damno quæque teneri, ex hoc ta-
men capite non quanti in eo anno, sed
quanti in diebus triginta proximis res fue-
rit, obligatur is, qui damnum dederit. At
nec, plurimi, quidem verbum adiicitur.
Sed Sabino^e recte placuit, perinde habenda
æstimationem, ac si etiam hac parte,
plurimi,

plurimi,
bem Ro-
gante ha-
quod pri-
§ Cæ-
etiam ex
cipue co-
in eum, o-
les actio-
nem alio-
me nec-
egerit, v-
exagita-
alieno se-
scender-
scendēd-
aliqua p-
ctio^d in-
aut de p-
rit, & is-
cit, corp-
culter in-
Aquilian-
mnum l-
fuerit. l-
gerit, qu-
que vtil-
qui obr-
neri: vel
nū serui
eleganter

plurimi, verbum adiectū fuisset. nam plebem Romanam, quæ Aquilio Tribuno rogante hanc legem tulit, contentam fuisse, quod prima parte eo verbo vsa esset.

§ Cæterum^b placuit, ita demum directam ex hac lege actionē esse, si quis præcipuè corpore suo dānum dederit. Ideoq; in eum, qui alio modo damnū dederit, vtilis actiones dari solēt, veluti si quis hominem alienū, aut pecus ita incluserit, vt fame necaretur: aut iumentū ita vehemēter egerit, vt rumpetur: aut pecus in tantum exagitauerit, vt præcipitaretur. aut si quis alieno seruo persuaserit, vt in arborem ascenderet, vel in puteū descēderet, & is ascēdēdo, vel descēdēdo, aut mortuus, aut aliqua parte corporis læsus fuerit: vtilis actio^d in eū datur. Sed si quis^c alienū seruū, aut de ponte, aut de ripa in flumen deiecerit, & is suffocatus fuerit: eo, quod proiecit, corpore suo dānum dedisse, non difficulter intelligi potest: ideoque [ipsa lege Aquilia^f] tenetur. Sed si non corpore damnū fuerit datum, neque corpus læsum fuerit, sed alio modo alicui dānum contigerit, quū non sufficiat, neque directæ, neque vtilis legis Aquiliæ actio: placuit eum, qui obnoxius fuerit, in factū actione teneri: veluti^h si quis misericordia ductus, alienū seruū cōpeditum soluerit, vt fugeret. eleganter. §. Idem Labeo. De do. mal. l. Si hominem. Depof.

a *Qua in præfationibus dicuntur, ea in sequētib; repetita intelliguntur, l. Titia, 131. §. 1. De verb. oblig. v. f.*

b *Quādo locus sit huic actioni seu directæ seu vtili: aut utraque deficiēte, in factū actioni.*

c *Item si. §. Si quis hominem. Ad legem Aquil. Vide Plat. 9. De leg.*

d *Qua et in factū dicitur, est aut in factū civilis, id est, ad instar legis Aquiliæ. l. c.*

e *Ex Ulpian. Qua actione. §. Sed si quis. rod. f. Hoc est quod dicimus, ipsū iure. l. c.*

g *Prætoria si que diuersa est ab vtili Aquilia.*

h *Ex vlp. l. Et*



DE INIURIIS.

TITVLVS IIII.

¶ Quarta species obligationis ex delicto privato.



Ineraliter iniuria dicitur omne, quod non iure fit^o. Specialiter, aliàs contumelia, quæ à contemnendo dicta est, quam Græci ὄνειδος^o appellant: aliàs culpa, quam Græci ἀδίκημα^o dicunt; sicut in lege Aquilia damnum iniuria datum accipitur: aliàs iniquitas, & iniustitia, quam Græci ἀνομία καὶ ἀδικία^o

a Paul lib. 5.

Sent. tit. 4.

b Descriptus ferè tot. hu tit.

Ex Ulp. l. 1. cod. ubi addit ar. & ex eo nomen habet.

c E. Baro post Haloand legit ἰσχυρὰ Theophil tamen hoc loco ἀδίκημα habet.

d Hoc verò distat ἀδίκημα ὑπὸ τῆς ἀδικίας quo δίκαια διαπραγματίζεται δι-
stat ὑπὸ τῆς δίκαιου ἰσχυρῆς

Aristotel. 5. Ethic. & Demosth. cōtra Midiam.

e Non factum tantum, sed etiam verbo, ait Theoph.

f l. Lex. 5. Si quis. cod. Corn. Tac. 1. Annal. in Cassium Severum.

g Id est, puerum vel puellam. nam prætexta puerorum erat indumentum ad annum 17. Gell. lib. 1. cap. 23. Plutarch. in Romul.

attentata

attentata
rimis^o
est. §
lùm pe
suos, qu
rem^o su
si filia
riam fe
iniuria
quoqu
si viro
gere no
ris, non
& locce
potest.

§ Se
iuria st
fieri vi
bus et
quid a
aperte
veluti
berauit
tur. §
vel pu
domi
iuria
qua d
iniuri
quia i
in ser

attentata^a esse dicitur: & deniq; aliis plurimis^b modis admitti iniuriam manifestū est. § Patitur autem quis iniuriam nō solum per semetipsum, sed etiam per liberos suos, quos in potestate habet: itē per vxorem^c suam. id enim magis præualuit. Itaq; si filia^d alicuius, quæ Titio nupta est, iniuriam feceris: non solum filia^e nomine tecū iniuriarum agi potest, sed etiam patris^f quoque, & mariti nomine. Contra^g autem si viro iniuria facta sit: vxor iniuriarum agere nō potest. Defendi enim vxores à viris, non viros ab vxoribus, æquum est. Sed & socer nurus nomine, cuius vir in eius potestate est, iniuriarum agere potest.

§ Seruis^h autem ipsis quidem nulla iniuria fieri intelligitur, sed domino per eos fieri videtur. nō tamen iisdem modis, quibus etiam per liberos, & vxores: sed ita, cū quid atrocius commissum fuerit, & quod apertē ad contumeliam domini respicit: veluti si quis alienū seruum [atrociter] verberauerit: & in hūc casum actio proponitur. § At si quisⁱ seruo conuicium fecerit, vel pugno eū percusserit: nulla in eū actio domino competit. Si communi seruo iniuria facta sit: æquum est, nō pro ea parte, qua dominus quisque est, ætimationem iniuriæ fieri, sed ex dominorum persona^j, quia ipsis fit iniuria. Quod si vsusfructus in seruo Titij est, proprietatis Marij, ma-

a *Vt ex pudico impudicus fieret. l. Attentari. ff. eod.*

b *Quos repetere licet ex Pald. eod. tit.*

c *At q; etiam sponsam. l. Item apud. §. Alind. eod.*

d *In cuius est potestate filia. Ulp. l. Si vnus. §. At Prator. ff. eod.*

e *Ex Paul. l. 2. eod. quia vxor à viro. & nō contrā dignitatem accipit. f Ulp. hunc locum tractat. l. Item apud. eod.*

g *Quia seruum nulla est iure civili dignitas. l. 3. De cap. minur.*

h *Ex l. Item. §. In verbis. eod.*

i *Quid. n. si alter è dominis Senator sit, alter priuatus? Theoph. Vid. l. 16. eod. quæ videtur obflare.*

a Gell. lib. vlt. cap. 1. Cic. pro Cæc. Exod. cap. 21. Deut. cap. 15. Leuit. cap. 22. Imp. vocatur pœnam reciprocam. l. 3. C. Theod. De ex. reis.

b De maximo veterū Romanū sub Servio cœsus, vide Halicarn. libr. 1.

Antig. Ro. Gell. lib. 11. c. 1. Plin. lib. 38. cap. 3.

c Ut qui iniuria esset affectus, ita diceret. Iniuriam mihi illatam centum aureis æstimo.

d Labeo in citato Gellij loco huius desuetudinis causam fuisse, ait Neratium, qui 25. asibus datis pro oblectamento habebat os hominis de palmare. e Theoph. med. astinū videtur significare.

gis Mævio iniuria fieri intelligitur. § Sed si libero homini, qui tibi bona fide seruit, iniuria facta sit: nulla tibi actio dabitur, sed suo nomine is experiri poterit, nisi in contumeliam tuam pulsatus sit. tūc enim cōpetit & tibi iniuriarum actio. Idem ergo est, & in seruo alieno bona fide tibi seruiente: vt toties admittatur iniuriarum actio, quoties in tuam cōtumeliam iniuria ei facta sit. § Pœna autem iniuriarum ex lege XII. Tabularum, propter membrum quidem ruptum talio^a erat: propter os vero fractum nummaria^a pœnæ erant constitutæ, quasi in magna veterum paupertate^b. Sed postea Prætores permittiebant ipsis, qui iniuriam passi sunt, eam æstimare^c: vt iudex vel tanti rerū condēner, quanti iniuriā passus æstimauerit, vel minoris, prout ei visum fuerit. Sed pœna quidem iniuriæ, quæ ex lege XII. Tabularum introducta est, in desuetudinem^d abiit, quam autem Prætores introduxerūt (quæ etiam honoraria appellatur) in iudicijs frequentatur. Nam secundum gradum dignitatis, vitæque honestatem, crescit aut minuitur æstimatio iniuriæ qui gradus condemnationis, & in seruili persona non immeritò se uatur: vt aliud in seruo actore, aliud in medij^e act⁹ homine, aliud in vilissimo vel compedito ius æstimationis cōstituatur. § Sed & lex Cornelia de iniurijs loquitur,

tur, & i
quæ con
tum qui
vi intro
cipimus
ter, siue
pitiō bre
matur^e
lio vuln
loco vel
in cōlpe
ex parte
passus f
sona ini
ve fiat a
Senato
trane
tur. No
cem ini
percu
patrif
facta si
bitur.
iniuria
liter^a ag
liter ag
quod e
autem
dinari
cet ob
tutio

tur, & iniuriarum actionem introduxit. quæ competit ob eam rem, quod se pulsatum quis, verberatumve, vel domum suam vi introitam esse dicat. Domum autem accipimus, siue in propria domo quis habitet, siue in conducta, siue gratis, siue hospitio receptus sit. § Atrox iniuria æstimatur vel ex facto: veluti si quis ab alio vulneratus sit, vel fustibus cæsus, vel ex loco, veluti si cui in theatro, vel in foro, vel in cõspectu Prætoris iniuria facta sit, vel ex persona: veluti si Magistratus iniuriam passus fuerit, vel si Senatori ab humili persona iniuria facta sit, aut parenti, patronove fiat à liberis, vel libertis. Aliter enim Senatoris & parentis, patronique, aliter extranei, & humilis personæ iniuria æstimatur. Nonnunquam & locus vulneris atrocem iniuriam facit, veluti si in oculo quis percussus fuerit. Parui autem refert, vtrum patrifamiliâs, an filiofamiliâs talis iniuria facta sit, nam & hæc atrox iniuria æstimabitur. § In summa, sciendum est, de omni iniuria, eum qui passus est, posse vel criminaliter agere, vel ciuilitè. Et si quidem ciuilitè agatur: æstimatione facta secundum quod dictum est, pœna reo imponitur. Sin autem criminaliter, officio iudicis extradinaria pœna reo irrogatur: hoc videlicet obseruando, quod Zenoniana constitutio introduxit, vt viri illustres^f, qui-

a *A diuicarijjs vt vocat Paul. l. 5. S. de quibus in l. Sæcularij. De extraor. cog. l. 1. De effract.*

b *Accipe de certa habitatio ne, & fixa, non vero mobiliori. l. 1. §. habitatiõis. De his qui deiecer.*

c *VII circumstantias enumerat Claud. in l. Aut facta §. 1. De pœ. Hic aut §. ex Ulp. l. 7. §. Atroxem, eo. Fab. l. 6. ca. 1.*

d *Exo. cap. 22. Arist. problem. sect. 29.*

e *Tublico iudicio secundum Duarenũ, li. 1. Dissut. ca. 37. Priuato iudicio secundum Baronẽ, quẽ magis probat Cont. l. ult. C. eod. Fac. Nouell. 71.*

f *i. Consulcs, Patrij. Dua.*

I.

§ Sed
feruit,
abitur,
nisi in
e enim
em er-
ibi ser-
rum a-
iniuria
rum ex
ntrum
ros ve-
at con-
auper.
tebant
stima-
quan-
moris,
quidem
im in-
e. quam
etiam
equen-
ritatis,
nuitur
emna-
merito
liud in
mo vel
tuatur.
loqui-
tur,

a Nam civiliter cuiuslibet licet, l. Non solium. 11. ff. codē: In criminali iudicio non licet reliquis, l. pe. ff. de pub. ind.

b Ver. curavit. Ex hu videlicet editi pratoris verbis, cuiusve opera, &c. l. 15. ff. cod.

c Terentij locus hu pertinet in Adelph. Act. 1. Scen. 3.

Ni eo ad mercatū. &c. l. Non solium. §. 1. cod.

d Quia ut ait Cicero pro Ceci. actio iniuriarū non iue possessio nis assequitur, sed dolorem imminuta libertatis iudicio poenāque mitigat. e Id est, ut re indignam iniquo animo non ruleris. Theoph. f Ex l. Ex maleficio. De obli.

g act. Est autem prima species obligationis ex delicto.

que super eos sunt, & per procuratores possint actionē iniuriarum criminaliter, vel persequi, vel suscipere secundum eius tenorem, qui ex ipsa manifestius apparet.

§ Non solum^b autem is iniuriarum tenetur, qui fecit iniuriā, id est, qui percussit: verum ille quoque tenetur, qui dolo fecit iniuriā, vel qui procuravit, ut cui mala pugno percuteretur. § Hæc actio dissimulatione^c aboletur^d & ideò si quis iniuriā dereliquerit, hoc est, statim passus ad animū suum nō reuocauerit^e. postea ex pœnitentia remissam iniuriā non poterit recolare.



DE OBLIGATIONIBVS quæ ex quasi delicto nascuntur.

TITVLVS V.

¶ Hac actio, est veluti ex maleficio, ut plerumque in imperitum iudicem datur. Imprudentia verò iudicis prolata sententia, ex admo-
nitione est, est d'ois adiuos, ut Arist. scribit lib. 5. Ethic.

Si iudex litem s suam fecerit: non propriè ex maleficio obligatus videtur. sed quia neque ex maleficio, neque ex contractu obligatus est, & vti que peccasse aliquid intelligitur, licet per

impru-

DE
impru-
lefcio
religio
sustine
vel pro
gratis
est, ita
cio ob
propri
quia p
tur, au
is, qui
positu
(si co
na de
rò, q
quan
actio
quinc
tur. S
catur
ci via
putar
cater
cta su
aut e
ctus.
habir
iectu
susp
lofus

imprudenciam: ideo videtur quasi ex maleficio teneri, & in quantum de ea re æquum religioni iudicantis videbitur, pœnam sustinebit. § 2 Itē his, ex cuius cœnaculo, vel proprio ipsius, vel cōducto, vel in quo gratis habitat, deiectū effusūve aliquid est, ita ut alicui noceret: quasi ex maleficio obligatus intelligitur. Ideo autem non propriē ex maleficio obligatus intelligitur quia plerunque ob alterius culpam tenetur, aut serui, aut liberi. § 3 Cui similis est is, qui ea parte, qua vulgō iter fieri solet, id positum aut suspensū habet, quod potest (si ceciderit) alicui nocere: quo casu pœna decē aureorū constituta est. De eo verò, quod deiectum effusūve est, duplici quantum damni datum sit, constituta est actio. Ob hominem verò liberum occisum quinquaginta aureorum pœna constituitur. Si verò viuat, nocitūmque ei esse dicatur: quantum ob eam rem æquum iudici videtur, actio datur. Iudex enim computare debet mercedes medicis præstitas ceteraque impendia, quæ in curatione facta sunt: præterea operas, quibus caruit, aut cariturus est, ob id quod inutilis est factus. § Si filius familias seorsum à patre habitauerit, & quid ex cœnaculo eius deiectum effusūve fuerit, siue quid positū suspensūve habuerit cuius casus periculosus est: Iuliano placuit in patrem nullam

a Aliud si do
lo malo iudicaf
set: quo casu va
rā litu astima
tionem præsta
re cogitur. l. Si
filius. §. vlt. de
ind. & De pœ
na ind. qui ma.
in. Nou. 86. A
rist. l. 5. Et hic.
b l. 5. De his
qui deiec. Est 2.
species. obliga
tionis ex quasi
delicto.

c Est 3. spe
cies obligat. ex
quasi delicto.

d l. 4. De his q
deiec. nec. n. es
catricum, nec
deformitatis vl
la vitur asti
matio, q̄ nulla
corporis libori es
se potest. l. Ex
hac. l. Signadr.
paup. sic. etc.

e Quod certē
veterib. reprehē
sione dignū sem
per habitū est.
Cic. pro Calio. re
prehendisti à pa
tre quod semi
gravi, &c.

aratores
maliter,
im eius
apparet.
rum te
ercusit:
olo fecit
nala pu
simula
iuriā de
d animū
pœniten
ecolere.

IBVS

ve plerū
imprudē
x adim
Arist. scri.

erit: non
ligatus vi
x malefi
est, & v.
licet per

impru-

a l. 5. ff. de obli.

b l. vlti. ff. de
var. & extr. cog.

c Est 4. spe-
cies obligatio-
nis quæ quasi
ex delicto. Exer-
citer aut est ad
quem quotidia-
nus nauis que-
stus pertinet.

d Cuius legit de
damno, vt l. 4.
§. vlt. De obl. &
act. l. vi. Naut.
Caup. Stab. ex
Pand. Flor.

e Factum aut
vectorum in hac
actione non ve-
nit: in actione de
recepto, quæ est
ex contractu. fa-
ctum vectorum
venit. I. C.

f Nisi ex eo fa-
ctus sit locuple-
tior. l. 5. De ca-
lumniam.

g Actiones di-
cta sunt, ait
Theoph. g. im-
probis & perfid-
os ad iudicia
agant. Hæc desi-
nit ex l. Nihil. De oblig. & act. l. 6. in fin. De neg. gest.

esse actionem, sed cum ipso filio agendum
esse. Quod & in filio familias iudice ob-
seruandum est, qui litem suam fecerit.

§ 4 Item exercitor nauis, aut caupo-
næ, aut stabuli de dolo, aut furto, quod in
nauis, aut caupona, aut stabulo factum e-
rit, quasi ex maleficio teneri videtur: si mo-
do ipsius nullum est maleficio, sed alicu-
ius eorum quorum opera nauem, aut cau-
ponam, aut stabulum exercet. Cum enim,
neque ex maleficio, neque ex contractu sit
aduersus eum constituta hæc actio, & ali-
quatenus culpæ reus est, quod opera ma-
lorum hominum vteretur: ideo quasi ex
maleficio teneri videtur. In his autem ca-
sibus in factum actio competit: quæ here-
di quidem datur, aduersus heredem autem
non competit.

DE ACTIONIBVS 2.

TITVLVS VI.

¶ De personis Ius lib. 1. exposuit, deinde post li. 3.
& 4. de rebus. tam corporalibus, quam in-
corporalibus inter quas obligationes sunt. §.
fina. 3. de usu. & ha. & 3. de rebus incorp.
Super se igitur & de actionibus ius inter-
pretari.

Supereh

SVperest, vt de actionibus loquamur. Actio autē nihil aliud est, quā ius^a persequendi in iudicio^b, quod sibi debetur.

¶ Prima actionum diuisio in reales & personales.
 1 § Omnium autē actionū, quibus inter aliquos apud iudices arbitroive^c de quacūq; re quaritur, summa^d diuisio in duo genera deducitur. aut enim in rē sunt, aut in personam. Nāque agit vnusquisq; aut cū eo, qui ei obligatus est, vel ex cōtractu, vel ex maleficio. quo casu prodiat^e sunt actiones in personam, p quas intēdit aduersariū ei dare aut facere oportere, & aliis quibusdā modis. Aut cum eo agit, qui nullo iure ei obligatus est, mouet tamē alicui de aliqua re cōtrouersia. quo casu p^dditæ actiones in rem^f sunt: veluti si rē corporālē possideat quis quā Titius suā esse affirmet, possessor autem dominum eius se esse dicat. nam si Titius suam esse intēdat, in rem actio est.

¶ Pro incorporalibus in rem prodiatæ sunt actiones, confessoria & negatoria.

2 § Æquē si agat quis, ius sibi esse fundo fortē, vel ædibus vtēdi fruendi, vel per fundum vicini cundi agendi, vel ex fundo vicini aquam ducendi: in rem actio est. Eiusdem generis est actio de iure prædiorum vrbānorum: veluti si quis agat ius sibi esse altiūs aedes suas tollendi: prospiciendive, vel proiiciendi^f aliquid, vel im-

a Id est, Facultas & formula. l. 1. De eo quod cer. Theoph. habet d. 12. 107.

b Id est, apud iudices datos, & recuperatores, non in iure apud Prætores. c Indices stricti iuris, Arbitri vero bona fidei iudicis adduntur. Illi ex formula à Prætores data, hi ex bono & æquo iudicant. l. A Diuisio. De re iud. l. 7. Ad leg. Jul. repet.

d Id est, prima, ac præcipua. Theoph. l. 2. ex.

e Quæ vocantur reuindicatōnes. l. Actio- num. De oblig. l. Proiectus est Nonis Marc. longe iactum, & extensum. l. 242. De verb. sign. Vir. Bud. Con. lib. 4. c. 9.

a *Prudentes passim vocant Negatoriam. l. Vti frui. Si vsusfr pet.*
 b *Negatoria. f.*
 c *Horsm. legit, agit, ex l. 6. §. 1. l. 8. §. 3. Si ser. vind. l. 5. §. vlt. Si vsusfr. pet. Est locus valde perplexus.*
 d *Alias nō vno. Alias illo. melius tamē legitur. Sanē in hoc casu. i. in cōtrouersus seruiturū. Vid. Gonia. Var. c. 42. l. 6. si forte. §. sciendū. Si seru. vin. e Vel in rem, vel personam. f Pomp. l. 2. §. His legibus. De orig. iur. g Id est, ex sui editu proditas. * Primū exemplum Publicianæ actionis prætorix. h Accipe pro æquam. Theophil. & Graues.*

mittendi tignū in vicini ædes. Cōtrā quoque de vsufructu, & de seruitutibus prædiorum rusticorum, item prædiorū vrbānorum, inuicem quoque proditæ sunt actiones: vt si quis intēdat ius non esse aduersario vtendi fruendi, eundi agendi, & quāvve ducendi: item altiūs tollendi, propiciendive, vel proiiciēdi immittendive istæ quoq; actiones in rem sunt, sed negatiuæ. Quod genus actionis^b in cōtrouersis rerum corporalium proditum nō est. Nam in his is agit qui non possidet. ei verò qui possidet, non est actio prodita, per quam neget rem actoris esse. Sanē vno casu^d qui possidet, nihilominus is actoris partes obtinet, sicut in latioribus Digestorum libris opportuniūs apparebit.

¶ *Subdiuisio primæ diuisionis.*

§ Sed istæ quidem actiones, quarū mentionē habuimus, & si quæ sunt similes, et legitimis, & ciuilibus^f causis descendūt. Aliæ autem sunt, quas Prætor ex sua iurisdictione & comparatas habet tam in rem, quàm in personam, quas & ipsas necessariū est exēplis ostendere. vt ecce, Plerunque^g ita permittit Prætor in rem agere, vt vel actor dicat se quasi^h vsucepisse, quod non vsuceperit: vel ex diuerso, possessor dicat aduersarium suum non vsucepisse, quod vsuceperit. § Nāque si cui ex iusta causa res aliqua tradita fuerit (veluti ex causa emptionis

emptionis
 gatorum
 ctus^e el
 ferit, nō
 ad eam
 sunt lu
 suū vin
 casu de
 re actio
 amittit,
 cepit, &
 Public
 Public

¶ I
 § §
 public
 restat
 vsucep
 for rei
 intra a
 tere, id
 vsu no
 Quod
 simili
 dat, f
 dectar

¶ I
 6 § I
 vat, nec

emtionis, aut donatiōis, aut dotis, aut le-
gatorum) & necdū eius rei dominus effe-
ctus est: si eius rei possessionem casu ami-
serit, nullā habet in rē directam ^b actionē
ad eam persequēdam: quippe ita proditae
sunt iure ciuili actiones, vt quis dominiū
suū vindicet. sed quia sanē durum erat, eo
casu deficere actionē: inuenta est à Præto-
re actio, in qua dicit ^d is qui possessionem
amisit, eam rē se vsucepisse, quam vsu non
cepit, & ita vindicat suam esse, quæ actio
Publiciana appellatur, quoniā primū à
Publicio Prætorē in edicto proposita est.

¶ I. Exemplum actionū in rem Prætoriarum,
actio Rescissoria vel restitutoria.

§ Rursus ex diuerso, si quis cū rei
publicæ causa abesset, vel in hostium po-
testate esset, rem eius qui in ciuitate esset,
vsuceperit: permittitur domino, si posses-
sor rei publicæ causa abesse desierit, tunc
intra annum rescissa vsucapione eam pe-
tere, id est, ita petere, vt dicat possessorem
vsu non cepisse, & ob id suam rem esse.
Quod genus actionis quibusdam & aliis
simili æquitate motus Prætor accommodat,
sicut ex latiore Digestorum seu Pan-
dectarum volumine intelligere licet.

¶ III. Pauliana actio: sic enim vocatur in l.
Videamus ff. De vsur.

§ Item si quis in fraudē ^h creditorū rem
vrat, necesse est, l. 1. Quib. ex caus. maio. l. Act. Qua in fraud.

x. j.

a Per vsuca-
pionem sex: l. 3.
π. de vsucap.

b Quæ tantū
domino datur:
l. in rem, 24. π.
de rei vend.

c Cū non cō-
tra dominū, sed
aliū iniustum
possessorem aga-
tur. l. pen. & ult.
π. eod. W. cf.

d Intendit, i.
effectu sic cōclu-
dit, & iure uti-
tur eius qui vsu-
cepit, & hoc
rebus ipsis dicit.

e Veluti in le-
gationē missus.

l. 5 & l. 44. §.
ult. De vsurp.
f Utilem. f. l.

1. Ex quib. cau-
sa. Hodie verò
quadriennū da-
tur. l. ult. C. De
temp. in integ.
rest.

g Intellige de
vili actione.

h Cū sit fraus
duplex, Cōsily
& Euentus, v-
trūque concet-

a *Debitoris. f.* suam alicui tradiderit: bonis eius a credi-
 b *Quid a le-* toribus possessis ^b, ex sententia Præsidis
 git ex sententia permittitur ipsis creditoribus, rescissa tra-
 Præsidis posses- ditione eam rem petere, id est, dicere eam
 sis. rem traditam non esse, ob id in bonis de-
 c *Pauliana. f.* bitoris mansisse.
 actione.

¶ IIII. & V. *Seruiana, & Hypothecaria.*

d *Duar. ad l.* 7 § Item Seruiana ^d, & quasi Seruiana
 4. *De pact. eam* (quæ etiam Hypothecaria vocatur) ex
instituit Serus ipsius Prætoris iurisdictione substantiam
Prætor. Theoph. capiunt. Seruiana autem experitur quis de
 e *Colonus in* rebus coloni^e, quæ pignoris iure pro mer-
agro: Inquili- cedibus fundi ei teneantur ^f. Quasi Ser-
nius in adibus. uiana autem est, qua creditores pignora
 l. *Re pignoris.* hypothecæve persequuntur. Inter pignus
 37 *De acq. poss.* autem & hypothecam (quantum ad a-
 i *Nō iure qui-* ctionem hypothecariam attinet) nihil in-
dem tacito, ut terest. nam de qua re inter creditorem &
in urbanis, sed debitorem conuenerit, ut sit pro debiti
ex pacto. §. In- obligata, utraque hac appellatione conti-
terdictū inf. De netur: sed in aliis differentia est. Nam pi-
 interd. *Theoph.* gnoris appellatōe eam propriè rem co-
 g *Theoph. ha-* tineri dicimus, quæ simul etiam traditur
 b *let actione.* creditori, maximè si mobilis sit. At eam,
 h *Valla notat* quæ sine traditione, nuda conuentione te-
 l. 6. ca. 57. *Fac.* netur, propriæ hypothecæ appellatione
 l. *Res hypothec.* contineri dicimus.
 ca. *De pie. Ca-*
 ius in l. *Plebs.*
 §. *Pignus. De*
verb. sign.

¶ Hactenus de prætoris in rem: nunc de iis que
 in personam sunt. & de illis differunt.

8 § In personam quoque actiones ex sua
 iurisdictione propositas habet Prætor: ve-
 lun

luti de
 batur
 tione
 in ac-
 sum e-
 cum si-
 dere. I
 peculi
 & eam
 rit, &
 autem
 cunqu
 se con-
 interp
 miseri
 10 § A
 uerstu
 tor. c
 uorum
 tamen
 trimo
 seruo
 postu
 bi pec
 tur: iu
 nem,
 pecun

¶ T

R § P

s' a credi.
Præfidi
scilla tra
icere eam
bonis de.

pecunia.

Seruiant
atur) exi
bitantiam
tur quis de
e pro mer
Quasi Ser
es pignora
ter pignus
um ad a
(nihil in
ditorem &
pro debito
ones conti
e. Nam pi
iè rem cõ
m traditur
it. At eam
entione te
pellatione

anc de iis qu
fferitur.
ones ex iu
Prætorre
lur

luti de pecunia constituta. cui similis videbatur receptitia^a. sed ex nostra constitutione^b (cũ & siquid plenius habebat, hoc in actionem pecuniæ constitutæ transfusum est) & ea quasi superuacua iussa est cum sua autoritate à nostris legibus recedere. Item Prætor proposuit actionem de peculio seruorum, filiorumque familiarũ: & eam, ex qua quæritur, an actor iurauerit, & alias complures. 9 § De constituta^b autem pecunia cũ omnibus agitur^c, quicumque vel pro se, vel pro alio soluturos se constituerint: nulla scilicet stipulatione interposita. Nam alioqui si stipulãti promiserint, iure ciuili tenentur.

10 § Actiones autem de peculio^d, idè aduersus patrẽ dominumve cõparauit Prætor. quia licet ex contractu filiorum seruorumve ipso iure nõ teneantur: æquum tamen est peculio tenus (quod veluti patrimonium est filiorum, filiarumque, item seruorum) condẽnari eos. 11 § Itẽ si quis postulante^e aduersario iurauerit deberi sibi pecuniam, quam peteret, neque ei soluat: iustissimè ad cõmodat ei talem actionem, per quam non illud quæritur, an ei pecunia debeatur, sed an iurauerit.

¶ Tertium actionum prætoriarum genus, quæ ad pœnam non rei persequendæ causa competunt.

¶ Pœnales quoq; actiones Prætor penè x.ij.

a Actio constituta pec. dicitur in quemcũque, qui se constituerit. Receptitia in Argentariũ sese constituentem: Item Actio De constit. ad res numero, pondere, mensura constantes. Receptitia ad omnes planè.

Fac. l. 6. §. Ratio. De edendo.

b l. 2. C. De const. pec.

c Constitutoria act. l. nec enim. n. de const. pe.

d Accipe de profectio duntaxat.

e) Quonon defrense si iurauerit quis sibi tantum iurauit, nec ulla datur actio. l. 1. §. In factum. De iur. iur. Exod. ca. 23. Cic. 3. Off. Plut. in Numa. Pla. 6. De Rep. Diado. Sic. De Egypt. Sacr.

a *Alias pmultas, alias bene multas.*

b *Albū & ypsa ta erat tabula, ubi Prætorum edicta, nomina iudicū & decurionum scribebantur. Cic. 2. Den. des. l. 2.*

De iurisd. tot. 11. De alb. dec. scri. Sueton. in Clau. ca. 16. Latini sermonis ignarum albo iudicum erasit.

c *Verba sunt edict. l. Qui g. De in ius vo.*

d *Præiudiciū quid sit. hinc re- tte iradit Theop. Dna. Dis. 6. 2. res est que cū statuta fuerit. inquit. Asc. adfert iudicatu ris exemplum, quod sequitur.*

e *Theop. habet & una ex lure ciuili descēdit. f. Fac. l. Vl. §. vl. V. s. fr. quē- admo. caueat.*

multas ^a ex sua iurisdictione introduxit: veluti aduersus eū, qui quid ex albo ^b eius corrupisset: & in eū, qui patronū ^c vel parentē in ius vocasset, cū id non impetrasset. item aduersus eum, qui vi exemerit eum, qui in ius vocaretur, cuiusve dolo alius exemerit, & alias innumerabiles.

¶ Post omnia ciuiliū & prætoriarum exempla dicit de præiudicialibus, que partim ciuili, partim prætorie sunt.

13 § Præiudiciales ^a actiones in rem esse videntur: quales sunt per quas queritur, an aliquis liber, an libertus sit, vel seruus, vel de partu agnoscendo. Ex quibus ferè vna illa legitimam ^c causā habet, per quā queritur, an aliquis liber sit. ceteræ ex ipsius Prætoris iurisdictione substantiā capiunt.

14 § Sic itaque discretis actionib. certū est non posse actore suam rem ita ab aliquo petere, si apparet eum dare oportere. Nec enim quod actoris est, id ei dari oportet: scilicet quia dari cuiquā id intelligitur, quod ita datur, vt ei ^o fiat. Nec res quæ iam actoris est, magis eius fieri potest. Planè odiosum, quo magis pluribus actionibus teneantur effectū est, vt extra pœnā dupli aut quadrupli, rei recipiendæ nomine fures etiā hac actione teneantur, si appareat eos dare oportere: quanuis sit aduersus eos etiam hæc in rem actio, per quam rem suā quis esse petit. 15 § Appellamus autem in rem

rem quæ
sonā vo
oportet
cere
verò al
nem in
dari fil
re eo

¶ Se
10
sa

16 § S
action
tæ sum
dam n
sa cōp
Earu
sunt, e
tur fer
parata
cuniaz
actori
pro se
cto. I
quod
caus
tor re
depos
lo ipf
17 § I
alia

